



Dv 2165

32 BONAE VALETVDI-
NIS CONSERVANDAE PRAE-
CEPTA AB MAGNIFICENTISSIMO
D. GEORGIO STRYTIADEN,
AVTHORE BOIANO MESSO.

1612. Medicinæ Libri of Martini Hutteri.


1612. Medicinæ Libri of Martini Hutteri.
1612. Medicinæ Libri of Martini Hutteri.
1612. Medicinæ Libri of Martini Hutteri.

1612. Medicinæ Libri of Martini Hutteri.
1612. Medicinæ Libri of Martini Hutteri.
1612. Medicinæ Libri of Martini Hutteri.

1612. Medicinæ Libri of Martini Hutteri.
1612. Medicinæ Libri of Martini Hutteri.
1612. Medicinæ Libri of Martini Hutteri.

UNIVERSITÄTSLIBROTHEK
A - Med. 5. 1. 1. -
DUSSELDORF
V2819

1884

 **BONAE VALETVDI-**
NIS CONSERVANDAE PRAE-
CEPTA AD MAGNIFICVM
D. GEORGIVM STRVTIADEN,
AVTHORE EOBANO HESSO.

✿ *Medicinae Laus ad Martinum Hunum.*

✿ *Cœna Baptiste Fieræ de Herbarum vir-*
tutibus, & ea medicæ artis parte, quæ in
viētus ratione consistit.

✿ *Item Polybus de salubri viētus ratione*
prinatorum, Ioanne Guinterio Andernaco
Medico interprete.

✿ *Aristotelis problemata, quæ ad stirpium ge-*
nus & oleracea pertinent.

PARISIIS
Apud Simonem Colinæum.

I 5 3 3

BOISSON VALLÉRIE
MIS COMPTES RENDUS
CEPTA AD MAGISTRUM
D. GEORGIVM STRYKONEM
AVTHORE BOISSON VALLÉRIE

de Medicinis Libris ad Medicinam Humanam

de Gene Diagnostice Fide de Medicinis
rationis de medicis extra parte
rationis rationis rationis

de Item Partes de Fide de Medicinis
rationis rationis rationis rationis
rationis rationis rationis

de Aristotelis problemata
rationis rationis rationis

PARISIIS
Apud Simonem Collartum

1718

1718

BONAE VALETVDI-
NIS CONSERVANDAE, EX VA-
RIIS MEDICORVM CEV MES-
SIBVS EOBANI HESSI DI-
LIGENTIA DECERPTVM
PRAEMETIVM.



Vsa repertoris Medicarũ filia rerũ,
Te duce conãti scribere pauca, faue
Calorum decus Vranie, sed Apolline
nata,

Quem peperit nullo Pieris vsa viro.
Huc ades, & nostris te Diua laboribus infer,
Dum ferimus medica pharmaca pauca manu.
Sed mihi nec faciles monstret Podalyrius herbas.
Nemo hic Phillirydes, nemo Machaon erit.
Diua potens numeris, caelo sata spiret, & ipse
Qui dedit has artes Christus Apollo regat.
Pauca canam cantata prius, sed Apolline nullo,
Et labor hic aliquo nomine noster erit.
Nanq; hic si qua leges adiuncta prioribus, Idem
Nos ea de tenebris exernisse scies.
Nam quæ fœda situ iacuere, & mersa profunda
Barbarie, versu lucidiora fluent.
Adde q̄ & numeros facile est meminisse, nec vllis
Dotibus ingenij gratia maior inest.

a. ij.

BONAE VALET V. TVENDAE

Quisquis ad hæc igitur, ceu progymnasmata, vultū
 Demittes, oculo fac patiente legas,
 Nec vitio veritas, qui sit rude carmen, & omni
 Exculti careat dexteritate stili.
 Scripsimus ista rudes, cui nunc assuescimus, artis,
 Et sunt præcipiti carmina facta mora.
 Tu quoq; Sturtiadi decus & nona fama Georgi
 Huius præcipuus carminis author eras.
 Cogere nanq; tibi ceu prima elementa iubebas,
 Cuius nunc titulos, & decus artis habes.
 Has igitur tibi primitias ignobilis agri,
 Parnaq; de sterili munera rure damus.
 Accipe, serq; libens inopis mediocria Musæ,
 Sepe etiam Diuis vilia dona placent.
 Tunc vbi me studijs maior melioribus vsus
 Induet, his paruis arduiora canam.
 Nunc ne longa breues æquent exordia ludos,
 Hinc meus in cæpto puluere curret equus.
 Principio quicumq; voles animoq; valere,
 Corporis & sana conditione frui,
 Omnia curarum fomenta relinque, nec vllis
 Pectus habe pressum sollicitudinibus.
 Anxia mens non ipsa sibi, non rebus agendis
 Constat, ab hac vitium corpora sepe trahunt.
 Hinc variae pestes, morborum hinc mille figuræ:
 Crede animum nostri corporis esse ducem.
 Sepe graues ista veniunt ex arce labores,
 Sicut ab aëreis pestilis aura plagis.

Quere igitur, sed honesta, tuis solatia curis,
 Quæ tibi nec somni, nec loca sola dabunt.
 Vtere conuiujs non tristibus, vtere amicis,
 Quos iugæ, & risus, et ioca salsa, iuuant.
 Tæge Chelym digitis, animi dolor omnis abibit:
 Dulcisonum reficit tristia corda melos.
 Ira animis letale malum procul absit, ab illa
 Mors sæpe ingenijs corporibusq; venit.
 Hinc atram ratione omni præuertere bilem
 Conuenit, & causis non statuiffe locum.
 Immodici sensus perturbat copia Bacchi:
 Inde quis enumeret quot mala proueniant?
 Corporis exhaurit succos, animiq; vigorem
 Opprimit, & mentes strangulat atq; necat.
 Sed prius in sicca gaudebit piscis arena,
 Bacche oblite modi, quàm tua damna canam.
 Atq; ea sunt alio quodam mihi dicta libello,
 Et sunt nequitie nomina multa tue.
 Ergo modum præscribe deo tam grande nocenti:
 Cum venit accepta conditione, iuuat.
 Mæsta procul fugiant longæ fastidia mensæ,
 Sic pota vt sitias, sic ede vt esurias.
 Nec properè à mensa studijs intenderis vnquam:
 Aut tribus, aut horis quattuor inde vaca.
 Quòd si forte tibi quiddam dormire necesse est,
 Altera post epulas fluxerit hora vide.
 Otia perturbant stomachum, iuuat actio, ni sit
 Nondum concocto turbidus ille cibo.

a. iij.

BONAE VALET V. TVENDAE

Quotidie cibus est tibi bis sumendus, at ille
 Sit bene conditus, sit lenis & modicus.

edendū & in diem. & sint cōda Vina sitim, comedenda famem spectare decebit:
 Inuito stomacho qualiacunq; nocent.

ī meīe dū rarandū Meiere profuerit quoties vesica laborat:
 Face gravis venter nec cohibendus erit.

tris featu retinēdus Nec flatum retine, nisi noxia cogat honestas:
 Hic est natura praeside turpe nihil.

medij edat Edicto vetuit crepitus ructusq; teneri
 Claudius, o medici principis imperium.

na sit fru Esse magis frugi cœnam quam sumptibus auctam,
 Lautam magis, sed non ferula multa, velim.

na dū a ra lucubrā sit. A cœna lucubrans vnā ne excesseris horam,
 Ne cerebro noceat, nox vigilata tuo.

matūnūg Occiduo cum sole cubilia strata subintra:
ēsting fri Tu quoq; de plumis, hoc redeunte, redi.

is fugi dū Sic etenim ratio natura suadet, & illas
 Condidit ingenijs corporibusq; vices.

io tempo Tempora nam somno nocturna, diurna labori
habenda Cum dedit, hæc voluit nos data iussa sequi.

Sed quia tardat hyems Phœbum, quia tēpore messis
 Exorta citius luce colorat humum,

of boris Ipsa parens rerum tibi tres, & quattuor horas
miendū Deputat, hæc iuste tempora noctis erunt.

omodo Dormiture latus dextrum preme, mane sinistrum:
miendū Incoctum ratio digerit illa cibum.

Mane resucentes caput erecturus in auras,
ne corpus Et caput, & corpus leniter omne frica.

fer fricandū

PRAECEPTA EOB. HESSI. 4

Tum porrò manibus puro de fonte lauatis, *manè man, os,*
 Os oculos, dentes purior vnda lauet. *oculi aqua lana*

Comito deinde vagos sed eburno pectine crines: *postea caput*
 Hæc cerebro res est non medicina leuis. *pectenau*

Dñ licet ante cibum Stomacho sine pondere corpus *corp ante*
 Omne bis exerce, sed modicè & leuiter. *bñ modice*
ercendñ.

Lotus vbi exieris thermas fuge frigora, pransus *a cibo aut*
 Stare potes: modicè, si libet, ire potes. *aut deambul.*

Stantis enim cibus in stomacho confidit, euntis *ratio.*
 Est eadem ratio, si pede tardus eat.

Prandia non adeas, nisi amor te cogat edendi, *nò præcedit m*
 Et vacuum stomachum noueris antè cibo. *facta priq̄ coe*
fi one.

Peius enim nihil est humano in corpore, quàm si *ratio optima*
 Mixtio discordans fiat vterq; cibus.

Qui bene concoxit multo satis ille labori est:
 Qui male, præscripta se ratione gerat.

Utiliter vegetant vocalis verbera lingue,
 Arma, pile, saltus, tessera, cursus, equi.

Vt peccat stomachum qui mole grauauit iniqua, *W nimia cibi co*
 Sic plerumq; nimis continuisse nocet. *sic imopia stoma*
uoret.

Queritis an Veneri liceat parere vocanti? *Venus*

Hic quoq; erit certus, sicut vbiq; modus.

Multa Venus vires exhaurit, spiritibusq;

Noxia, consumit corpora mille modis,

Rara leuat, corpusq; inuat Venus: optima vita est,

Que neq; casta nimis, nec nimis est petulans.

At tu cui studij flores fructusq; petuntur,

Si possis Venerem spernere sanus eris.

a.iiij.

BONAE VALETU. TVENDAE

Nanq; nec Aonidum Venus improba ludit in hortis,
 Nec turpes flammæ Musa pudica probat.
 Ipsa gubernatrix studiorum casta Minerva est.
 Artibus ingenuis est inimica Venus.
 Quattuor ergo tui velut instrumenta laboris
 Servare arcana Religionè stude.
 Pectoris in fontem Sanguis tenuissimus intrat,
 Nobilis assurgens Spiritus inde venit.
 Viribus inde vigent toti vitalibus artus:
 Dicitur hic reliquis purior esse vapor.
 At Cerebro velut ætherea dominantur in Arce
 Effectus, virtus quos Animalis habet.
 Naturalis Epar virtus stomachumq; voracem
 Possidet, omnigeni sanguinis ista domus.
 Ergo spiritui sanguis deseruit, at ille
 Sensibus, hi famulos ceu rationis agunt.
 Quisquis amat igitur studiorum intendere curis,
 Hæc tanta in promptu commoda semper habe.
 Qualis enim sensus de sanguine spiritibusq;
 Talibus ingenium viribus esse solet.
 Custodire potes medicas hæc firma per artes,
 Si frangi vitam vivere forte voles.
 Hæc tibi palladio quicumq; ex pulvere laudem
 Queris, habe, sed nos utraq; turba manet.
 Iam ne cuncta putes paruo voluisse libello
 Claudere, quæ nemo dinumerare queat.
 Accipe consilium, quo non est verius ullum,
 Atq; ita naturam dicere crede tibi.

Sanus es, & nullis confectus corpora morbis,
 Et tuus es, nec te iussa aliena trahunt,
 Nullius obstrictus Medicorum legibus esto,
 Deformet corpus nullus alipta tuum.
 Quin potius varium vitæ sectare tenorem,
 Teq; tibi similem ne patiare diu.
 Nunc urbana potes tractare negotia, sepe
 Rura graues casus non habitura petes.
 Mille voluptatum species tibi rura ministrant:
 Non aliquo poteris sanior esse loco.
 Nunc timidum longa captabis arundine piscem,
 Nunc vdo aëreum vimine fallis auem,
 Nunc errare greges pecudum spectabis ab alto
 Vertice, nunc sylvas frigidâq; antra subis.
 Nusquam commodius q̄ viuere rure beato:
 Illa potest ipsos vita decere Deos.
 Fœlices quos rura inuuant, quibus illa voluptas
 Contigit, hoc optem viuere posse modo.
 Hac ego vel Cræsos vita mutare ducentos,
 Hac nolim Phrygij ditia regna Mide.
 Sæpe hic profuerit placidæ indulgisse quieti:
 Sæpius at sanis præstat agenda dari.
 Perdit enim validas vecors ignavia vires:
 Confirmat modicus, restituitq; labor.
 Illa senectutem citius quàm debuit adfert:
 Hic cui florem donat adesse diu.
 Interdum thermas, interdum frigida inibis
 Balnea: sæpe unges corpora, sæpe minus:

BONAE VALETU. TVENDAE

Sæpe cibus tuto poteris vulgaribus uti:
 Sæpe frequens, alio tempore solus eris.
 Nonnunquam plus quàm decuit sumpsisse ciborum,
 Nunc potes audacem non habuisse gulam.
 Utilius multum, qui concoquit omnia, sumit.
 Nulla quidem sanis regula certa datur.
 Hæc poterunt servare alacres, & corpore firmi:
 Ius libertatis nullius æger habet.
 Sanus es, auxilium noli consumere morbi,
 Ut si forte cadas, tu medeare tibi.
 Nam cito destituunt consumptæ corpora vires:
 Restituunt valide quamlibet ægra sibi.
 Nunc tibi quæ ratio, quæ sit natura ciborum,
 Versibus imparibus noster Apollo canet.
 Non tamen omnigenū. Quis enim queat? Ista future
 Premetium messi, carmina pauca damus.
 Sicut edax ignis præpinguem lampada pascit,
 Donec stuppa calens, quo foveatur, habet,
 Postquam deinde sequax flammam defecerit humor,
 Ipsa perexiguo tempore tota perit:
 Sic calor in nostro bibit humida corpore, donec
 Naturæ faciles sunt alimenta cibi.
 Quæ si deficient rimantem cuncta calorem,
 Certum est hoc animam depereunte sequi.
 Nãq; ubi iam quod agat nõ inuenit, efflat in auras,
 Materia vires destituente suas.
 Illa igitur ratio est, quæ corpora nostra foveri
 Precipit, & certa lege necesse facit.

Et quia dissolunt calor, & qui circuit aer,
 In loca qui subeant, est opus esse cibos.
 Qui quia sunt varij, nec ab vna lege petendi,
 Refert accipias quosve quibusve modis.
 Utq; hinc incipiam. Quosdam quæsisse videmus,
 Quæ caro plus vegetet corpora, quæq; minus.
 Bruta feris video prælata domestica, quorum
 Plus alimentorum carnibus esse putant.
 Illa tamen durant, & fortia corpora reddunt:
 Hæc vt sana magis constituentur agunt.
 Quis neget? utq; negat nemo sic prima Suillis
 Carnibus, & merita gloria laude datur.
 Erepti pauidis lactantes matribus hædi,
 Et multis nuper nata capella placet.
 Attamen est ratio palmam tribuisse Suillis,
 Quod similes hominum carnibus esse ferunt.
 Quod verum docuit rerum experientia doctrix,
 Quæ potior causis omnibus esse potest.
 Sæpe humana aliquos in viscera casus adigit.
 Atq; homines iussit mandere dira fames.
 Ne quid inexpertum Medicina relinqueret, olim
 Membratim viuos execuere viros:
 Atq; ita diuinum, paucorum crimine, munus
 Facta, nefas dictu, carnificina fuit.
 Quæ velut è spatio res me tulit, Ergo Suille
 Vis naturæ hominum proxima carnis erat.
 Lanigerarum ouium succo peccante redundat:
 Hircus olens, itidem capràq; crimen habet.

BONAE VALET V. TVENDAE

De bone semper edat qui bilem despicit atram,
 Quò senior bos est, hoc caro peior erit.
 Viscera si quis edat vetulae prarancida vaccae,
 Implicitus duris febribus esse volet.
 Me lepus hyberno caulem depastus in horto
 Quantumvis bilis terreat atra, capit:
 Me, tener è cæcis data præda cuniculus antris,
 Me, tenerum quicquid lustra domusq; ferunt.
 Concoctu nimium dura est Cervina, sed illam
 Conditam calidis sumere sæpe licet.
 Laudatur Vitulina magis, sed ab ubere matris
 Rapta modo, veteri est gratia nempe minor.
 Summatim nova sunt semper meliora vetustis,
 Et stomacho possunt comodiore coqui.
 Sic maribus castrata præbunt, pingua siccis.
 Qua drupedum nec nos cætera turba mouet.
 Vidi ego in Arctoïis impexum Tartaron oris
 Immanes avidis dentibus esse feras.
 Vidi & equina fero lacerare cadauera morsu,
 Crudaq; Sauromatis frustra fuisse cibum.
 Quas ego non Alces, immania monstra, comedi?
 Quos ego non Vros semiferasq; boves?
 Dij melius, tali quàm vitam degere cultu,
 Qui nihil humani, nomina præter, habet.
 Nos cælo meliore sati, meliora sequemur,
 Corporis atq; animi quò tueamur opes.
 Quæ quibus adfuerint non illis aurea deerit
 Copia, nec regnum diuitis omne Mide.

Tam bene si valeas animoq; & corpore, vinctes
 Quæ bona cunq; homini maximus orbis habet.
 Hoc poteris medicas pulchrè tenuisse per artes,
 Si modo non sordent hæc elementa tibi.
 Ergo vbi carne famem pulsurus es, hoc quoq; cura
 Quid faciant stomacho singula membra tuo.
 Auribus & rostris quæ sunt in quoq; animali
 Et caro durior est, & minus apta coqui.
 Lingua parū nutrit, quia laxa & sanguine cassa est,
 Sive sit illa anium, sive sit illa boum.
 Mammarum de glande ferunt præstare Suillas,
 Exangues renes non cito posse coqui.
 Sæpe auidis cerebellorū pituita molesta est,
 Aptè cocta tamen conuenienter alunt.
 Spinarum similis cerebro solet esse medulla,
 Dulcia gustanti plus tamen illa sapit.
 Cor, Iecur, atq; Lien succi sunt nulla ferentis
 Commoda, sed nigra corpora bile grauant.
 Concoctu facilis pulmo est, & laxior illis,
 Sed nimio vtentes phlegmate tardat ali.
 Intestina quoq; humorem crassum omnia gignunt,
 Incondita magis, puluerulenta minus.
 Cætera præstabunt Medici maiora professi:
 Noster in exiguo puluere sudat equus.
 Plumigerarum Anium ratio est diuersa: q; illæ
 Digestu faciles, corpora peius alunt.
 Ex ijs præcipuè, Perdix, teneriq; Columbi,
 Et quæ de Scythico Phaside nomen habet.

BONAE VALET V. TVEND AET

Gallinaeque hominum manibus data pabula pastae,
 Notior & priscis Attagen Ionibus.
 Firminus in parnis alimentum creditur, vt quas
 Allectas pastu retia parua trahunt.
 Vocales Mernla, Fringillaque frigore gaudens,
 Et passer petulans, & galeata caput.
 Sed tamen à nostris patinis procul improbe passer
 Esse velis, plus te dulcis Alanda placet.
 Voce sua melius vernabit Daulias ales,
 Debeat ingrata quam cibus esse gula.
 Stercoreos edat ille Epopas, dirasque Celenos,
 Qui tantum possit non metuisse nefas.
 Inter aues Turdus, qui dixit, gloria prima est,
 Quercubus Epiri verior ille fuit.
 Plus tamen hanc comendat hyems æstate volucres:
 Tunc loca inniperis namque referta colunt.
 Grator Autumnus præpingues copia reddit:
 Tunc humiles colles, & loca plana tenent.
 Quid moror in parnis? mensarum gloria Pauo
 Plus lauti & nitidi quam bonitatis habet.
 Intulit hunc primus cœnis Hortensius audax,
 Addubites lingua doctior, anne gula.
 Sepe meas oneret mensas fluiuatilis Anser,
 Dum modo sagina membra grauata trahat.
 Corpora multum implet, sed adhæret inutilis humor
 Et stomacho insidens vix bene digeritur.
 Tu tamen implumes sapienter adederis alas:
 Rectius his editur partibus omnis Auis.

Paruum distat Anas cernice & pectore prestans.

Dixerit ergo aliquis, cetera redde coquo.

Munda valebat edi rostrator omnibus ales,

Cui Palamedææ prenaluistis Aues.

Qui primus docuit Phæbeos mandere Cignos

In Phæbum & Musas impius ille fuit.

Sed tamen hos eadem ratio est imponere mensis,

Quæ reliquis raro parcit aquatilibus.

Omnis enim volucrum fluuios quæ turba frequētat,

Edulij vitium deterioris habet.

Nunc quid ab arboribus proxt noceat ve legenti

Parte aliqua, tantum sed breuiore canam.

Nec mea Glandiferas quercus nondum orbis adulti

Musa canet, verum temporis huius opes.

Precipue Autumnii pregnantis diuitis hortos,

Copia quem cornu tota fluente beat.

Ergo tot inter opes regnantis fructibus anni

Prima locum merito Ficus & Vua tenent.

Utraq; nam succis implent melioribus, & nil

Quo noceant, vitij damna ferentis habent.

Alba prius, nunc rubra tuo de sanguine Thyssæ

Humida sunt multum, frigida Mora minus:

Ante cibos gustata alios, sunt mollia ventri

Et stomacho, quamuis parua alimenta ferant.

Noxia sunt stomacho Cerasi prædulcia poma,

Ingerat huic eadem si quis acerba, iuuant.

Illæ mouent, hæc adstringunt communiter aluum.

Vis Vuas eadem rubraq; Mora tenet.

BONAE VALET.V.TVENDAE

Ut inuat vtilibus ventrem nux Pineae succis,
 Sic agrè vires exiit ipsa suas.
 Persica quisquis edes, cœnæ sint prima videto:
 Ne noceant alio non cito p̄ssa cibo.
 Dulcia Mala calent reliquis magis, & cito ventrem
 Restituunt, Acidis frigidus humor inest.
 At stomachum firmant, aluūmq; austera coercent:
 Præcipuè arboribus quæ legit alta Cydon.
 Quæ Pyra non lenius matura & grandia possunt,
 Sed plus corporibus roboris inde venit.
 Punica non implent adeò, sed frigore lædunt.
 Mespila vt astringant, Sorbâq; laxæ, vora.
 Inglandes prodesse ferunt, nec pascere multum:
 Pascere Auellanas plus, valuisse minus.
 Dines amygdalino mensam sine lacte caueo.
 Pauperibus medicam non tulit vllus opem.
 Barbara longinquis quæ misit pruna Damascus,
 Ante cibos aluum sumpta mouere solent.
 Si quem sacra tui victus Dodona iuuabunt,
 Setigeri stomachum vellet habere suis.
 Castaneas molles patule sub tegmine fagi
 Ipse ego pro duris glandibus esse velim.
 Sunt etiam vario diuersa Legumina pastus:
 E quibus audaci legimus ista manu.
 Laxior exiguas Lentescotes potes esse, sed illis
 Ater in exiguo corpore succus inest.
 Sæpe Fabe leni sufflarunt corpora flatu:
 Pifa minus, bilem sed peperere nigram.

PRAECEPTA EOBHESSI. 9

At tibi quæ clarum peperere Legumina nomen
Nomine sunt Cicero, nunc quoq; grata tuos:
Exhaustis redigunt genitalia semina membris:
Nec venerem vires? deseruisse sinunt.
Quinetiam lapidem vesica sæpe minutim
Duriter hærentem dissecuisset liquet.
Reptilibus Cynicùm vescatur turba Lupinis,
Immundos decuit sordida pera canes.
Sæpe aliquem memini de Fœno dicere græco:
Ante cibum sumptum calfacit & soluit.
Plura nec hic opus est, nec vulgi postulat usus.
Ergo etiam hic olerum nomina pauca canam.
Hortorum Lactuca decus, quia friget & humet,
Sæpe leues somnos conciliare solet.
Atq; ut corporibus reliqua omnia vincit a lendis,
sic vini succus sanguinis inde venit.
Cruda est Beta? nocet, coctam sumpsisse iuvabit:
Sumpta frequens stomachum vellicat, atq; iecur.
Brassica ventris onus bis cocta comestq; sistet:
Sed semel & modicè cocta, resoluit idem.
Profuit hanc succo conspergere pinguis oliuæ:
Lac auget, multum sanguinis esse facit.
Ignauum sine honore Blitum, sine viribus, estur
Hoc solo, ventrem quòd probè deiiciat.
Herba salax Eruca, Deæ gratissima Amorum:
Sæpe velim nostras condiat illa dapes.
Illa leui flamma frigentes calfacit artus:
Illa lenat fessi tædia longa thori.

b. j.

BONAE VALETU. TVENDAE

Miscueris dictam Satyrorum à moribus herbam,
 Vrticæq; leui semina trita manu.
 Hei mihi ne castas spectatum vade puellas:
 Ille furor nulla dissimulatur ope.
 Hinc nigra quæ gelidis gaudent Nasturcia riuis
 Offendunt stomachum, sed Venerem stimulant.
 Rara cibos ineunt cum dulcibus Intyba Maluis,
 Rectè utrunq; tamen, si libet, esse potes.
 Frigidus Atriplicum cholera vim discutit humor
 Coctarum, crudis virus inesse puta.
 Nunc age, quæ solis valeant radicibus herbæ
 Usibus humanis, commemorasse libet.
 Commoda multiuoris præbent alimenta colonis
 Rustica proiectis eruta Rapa comis.
 Nam quia naturæ calidæ vim temperat humor,
 Inflat, alit, Veneris dulcia bella mouet.
 Longa breues stomachi pellunt fastidia Bulbi,
 Iamq; olim Veneri mortua membra nouant,
 Viscosos granido humores à pectore ducunt:
 Corpora bis cocti plus aluisse solent.
 Adde Garum succumq; Oleæ, magis omnia præstât:
 Sed tamen & flatus, torminâq; efficiunt.
 Sunt etiam calidi mensis sua munera Dauci.
 At vitio, cocti non satis, esse solent.
 Allia si quantas habeant graue olentia vires
 Queris, habe paucis quæ meminisse inuet.
 Hoc hortense genus Græci Scorodona vocarunt:
 Hoc cen Theriacam, rustica turba probat.

Namq; venenatis melius vix vlla medentur
 Pharmaca, serpentes illius arcet odor.
 Morsu letifero quem lesit Araneolus Mus,
 Hoc bibat, hoc etiam dira aconita fugat.
 Praeterea coctum ve cibo, crudum ve comestum
 Calfacit, & stomachos humiditate lenat.
 Est tamen ex multis alijs nescire pudendum,
 Quod nihil hoc Veneri gratius esse solet.
 Verum oculis stomachoq; nocet, si copia sumpti
 Multa sit, & sicca conficit ora siti.
 Vilia mordaces quamuis sint prandia Cepae,
 Cruda tamen stomachi dissoluisse queunt.
 Plura malis coctae, crudas nocet esse, medentur:
 Esse tamen noli, qui memor esse voles.
 Officiunt oculis capitati segmina Porri,
 Interiora graui viscera mole premunt.
 Hinc vario exurgunt insomnia plena tumultu:
 At venerem, sicut talia cuncta, mouent.
 Praeteriturus eram Raphani bona, qualibus aiunt
 Radices inter nomen habere bonas:
 Ille replet vacuam ventosis flatibus aluum.
 Ante cibos noli sumere, crimen habet.
 Attamen & laudem, sensus quia reddit acutos,
 Et sunt ante cibum qui magis esse probent.
 Fabula narratur sacros ab Apolline Delphos
 Omnibus hunc alijs preposuisse cibis.
 Ex auro vt Raphanum sacrarent, pondere Betam
 Argenti, plumbum Rapa fuisse ferunt.
 b. ij.

BONAE VALETU. TVENDAE

Si quis amat Tuberes, Boletos rodat olentes:
 Sed nisi percoctis, virus inesse putet.
 Nam neq̄ desipuit qui, qualem Claudius edit
 Boletum, lepido carmine dixit, edas.
 Cui pituita placet, vel inani frigida succo
 Pectora, Fungorum milia multa voret.
 Humida frigoribus cognata Cucurbita, paruo,
 Quod vires faciat, pondere corpus alit.
 Sunt eadem duris Peponibus omnia, prater
 Quod lapidem trudent, & Choleram pariunt.
 His minus humectat Cucumis frigētq̄: sed idem
 Et succo malus est, & malè digeritur.
 Frumentis quoq̄ non eadem natura, nec idem
 Est sapor: ex illis pauca, sed apta, canam.
 Nobile viscosi genus est nec inutile Chondri,
 Si bene, cen vilis Ptisana, coctus erit.
 Dulci quisquis amas Alicam confundere Mulso,
 Adsimilem Chondro noveris esse cibum.
 Haud leniter Triticum coquitur, sed plurima coctū
 Robora, si Panem feceris inde, dabit.
 Hunc tamen eximium dabit è Siligine pistor:
 Mox Simile dotes nostra Culina probat.
 Seruitijs aptas præstabunt fursura cœnas,
 His est per ventrem ianna laxa satis.
 Hordea desiccant bene fricta, sed humida coctis
 Vis erit, exiguum roboris inde datur.
 Balnea visurus madidas estate Polentas,
 Ne sitias, siccis faucibus, antè vora.

Caetera vel nobis incognita sunt, vel eisdem
 Viribus, & brenibus vix referenda modis.
 Semper edat fatuos, Monachorum prandia, Pisces
 Cui placet elumbis regula Pythagoræ.
 Phlegmatico turbant tennes humore medullas.
 Sanguinis inde aliquid quis putet esse boni?
 Et tamen hinc quod edam fuerit, ne forte recussem
 Escem tenerum, difficilémq; Lupum.
 Nec tantum è Siculo petitur Murena profundo,
 Omne quod est vllis, flumina nostra ferunt.
 Qualescunq; tamen pingues fuge, pingue venenū est:
 Omnibus & prauus piscibus humor inest.
 Caseolos, nisi lactentes, & ab vbere pressos,
 Ne crebro comedas, consuluisse velim.
 Inde putri mordax vesica pondus adhæsit,
 Gutta nec inde boni sanguinis vlla venit.
 Uescêris, sed adhuc à matre calentibus, Ouis:
 Optima Gallinæ, Phasiadésq; ferunt.
 Utq; magis vires augere trementia possunt,
 Sic melius stomacho sorpta venire solent.
 At quæ Tarpei custos Iouis excubat Anser,
 Quæq; parit, non sunt optima, claudus Anas.
 Fricta meis nolim contingere plurima cœnis,
 Ni soluant acri mista falerna Garo.
 Lacte ferunt Nomadum gentes vixisse ferino,
 Et mulgere truces saepe Cynocephalos.
 Pascitur emulctis horrens niue Sarmata Bubus:
 Quosq; viros propior Parrhasis vrsa videt.
 b. iij.

BONAE VALET V. TV EN DAE

Hinc sua littorei miserunt dona Suedi.
Hinc fera flauentes Anglia caseolos.
Hinc quàm lata patet niuei Germania lactis
Munera, præcipuè Saxonis ora, probat.
Quiq; suis alacres habitant in montibus Hessi.
Et clausi æternis rupibus Heluetij.
Quid Phrysijs referã, quid Vestphala rura, quid oēs
Assuetos placido munere lactis ali?
Corpora præcipuè cum robore firmet alátq;
Et cito condiscat sanguinis esse loco?
Hinc niuei Crassiq; equaliter, optima virtus.
Cætera me breuitas dicere iussa vetat.
Præteriturus eram, quod præterisse nocebat:
In partes siquidem Bacche vocandus eras.
Corpore nam quicumq; voles animoq; valere,
Scire operæpretium est quid queat ille Deus.
Omne merum vires in corpora præstat, & auget.
Idq; magis, si sit crassius atq; rubens.
Dulce nocet stomacho, quamuis alimenta ministret.
Consuluit stomacho, si quis acerba bibit.
At minus hoc nutrit, multo minus alba. Sed omni
Plus fuluum vino commoditatis habet.
Et siccum calidumq; magis vetus omne recenti est.
Difficiles etiam soluere musta solent.
Omnia restitunt cognatum vina colorem:
Et cito pars melior sanguinis inde venit.
Nam penetrat, partésq; cibum partitur in omnes:
Membrãq; restituit, quæ tenuata iacent.

Languentis pellit stomachi fastidia, & auget
 Esuriem, reficit quos pituita grauat.
 Bile per vrinas vacuat, redditq; colorem,
 Exhilaratq; animos roboratq; accumulatur.
 Talia, vina quidem modicè data, cōmoda praestant:
 Immodicè noli sumere, sumpta nocent.
 Utq; frequens nocet Ebrietas, sic rara inuabit.
 Et sumptum prodest enomuisse merum.
 Inuitant stomachum rare bona pocula mensae:
 Plus nimio corpus quottidiana grauant.
 Ergo nec Abstemiis, nec viuere semper Asotus
 Qui poterit, punctum quodlibet ille tulit.
 Nec mihi Clitorio quisquam de fonte loquatur,
 Copia dum largum fundat amica merum.
 Qui docuit crasso Cererem confundere succo,
 Hunc Cererem & Bacchum deseruisse puto.
 Nam Pelusiaci qui landat pocula Zythi,
 Illi nec cerebrum nec caput esse potest.
 Renibus & nervis, cerebrōq; hic noxius humor,
 Saepe etiam leprae semina foeda iacit.
 Finiturus eram parui congesta libelli,
 Cum talis dextra venit ab aure sonus:
 Nuper inutilibus vates operate Camænis,
 Qui sacra nunc Phœbi lucra ferentis adis:
 Parua, sed exacti superest pars iusta laboris,
 Adijce praecipis pauca elementa tuis.
 Respicio, propè constiterat crinitus Apollo,
 Quattuor excutiens silia utraq; manu.
 b.iiij.

BONAE VALETU. TVENDAE

Ipse quaternarios quosdam superesse canendos
 Coniectans, calamo talia scripta dedi.
 Quattuor ut constant Elementis corpora nostra,
 Quae sunt, ut memorant, Aër, aqua, ignis, humus:
 Humores sic inde trahunt, à quolibet vnum,
 Quos tamen in versu vix cecinisse queas.
 Terra Melancholicis, Aqua confertur Pituitæ,
 Aër Sanguineis, Ignea vis Cholerae.
 Sicut enim sicca est natura, & frigida terra,
 Vis elementaris friget & humet Aqua,
 Sicut & humorem calido commiscuit Aër,
 Siccus ut est ignis vimq; caloris habet,
 Sic vis humorum respondet qualibet vni,
 Ordine si repetas, quo mihi dicta vides.
 Vena tumet, rubet, & ridet, lasciuir, & audet,
 Cui nimius pleno corpore sanguis inest.
 Nil sapit, os humet, fastidit, somniat undas,
 Humida cui nimio Phlegmate membra madent.
 Tinnit ab aures, sitit, furit, aret, somniat ignes,
 Cui nimius Cholerae corpora feruor agit.
 Anxius & niger est, timet omnia, tristia dormit,
 Mole sua bilis quem nimis atra premit.
 Hos, Anni, confer humores, quattuor Horis,
 Signaq; terribilis saepe timenda rota.
 Et statim Choleram dabimus, tria Signa sequentur
 Ignea, nempe Aries, & Leo, & Arcitenens.
 Autumni nigra bilis erit, tria Signa sequentur
 Terrea, Bos vector, candida Virgo, Caper.

Vere tu met sanguis, sed & hunc tria signa sequetur
 Aërea, vt Gemini, Libra, puer Phrygius.
 Phlegma æquabit hyës, per aquatica signa notadū,
 Hæc sunt Cancer iners, trux Nepa, Pisciculi.
 Nunc age limitibus conclusum quattuor orbem
 Aspice, & etatum quamlibet inde nota.
 Sanguine sol Oriens Pueriles vendicat annos,
 Meridies Choleram leta Inuenta tibi,
 Phlegmatis Occasus plenam facit esse Senectam,
 Bile nigra Boreæ sed plaga Decrepitos.
 Ver velut infantes natino germine pascit,
 Quos placido spectans sydere Phæbus amat.
 Etatem Iuuenum notat æstas: Martis in illa
 Exultant vires, & furor arma mouet.
 Maturos Autumnæ senes: Quos frigida Luna
 Instabili varios lumine semper agit.
 Decrepitos Hyemis natura æquabit inertes.
 Quos vorat immiti falcifer ore Senex.
 Plura quidem potui, sed me ceu littore abactum,
 Dum sequor immensi terruit vnda freti,
 Hæc quoq; quàm metuo ne me Iuueniliter ausum
 Plus nimio vinis inuida fama ferat.
 Sed tibi Sturtiadum clarissima fama Georgi
 Omni parendum conditioe fuit.
 Nam quia iusta tuo poteras mandare Poëte,
 Te duce, quæ potuit pondera ferre, tulit.
 Restat vt ipse suo sicut te munere Apollo
 Imbuat, & Medicas iussit habere manus,

MEDICINAE ENCOMION

Sic mea quo possis informes pectora cultu,
 Et Medicas inbeas me quoq; habere manus.
 Tunc tibi maiores maioris Carminis haustus,
 Tunc dabimus meritis premia digna tuis.
 Vine Decus nostrum, Medicus te seruet Apollo,
 Sæpius vt relegas Carmina nostra. Vale.

Ⓜ MEDICINAE ENCOMION
 EX ERASMO, PER EOBANNHESSUM
 versu redditū, ad Martinū HUNN.



Vine nostrarū Comes & fidissime rerū
 Hunc, Sodalitij gloria prima mei,
 Vt nuper nomen Medicorum in ver-
 ba dedisti,
 Et nouus hæc Phœbi miles in arma venis,
 Sic petis, vt Medica scribam tibi nomina laudis,
 Quis sit diuinæ, quantus & artis honor.
 Obsequor, idq; volens animo tam iusta petenti,
 Quæq; bonus nemo non tribuisse volet.
 Idq; ego dum facio, tibi dum promissa feruntur,
 Causa breuis debet Carminis esse mei.
 Si qua datis hominum debetur munere rebus
 Gloria, Dijs potior talis habenda fuit.
 Maxima Dijs siquidem causæ mirata vetustas,
 Artibus humanis munera parua dedit.
 Non quia fictilibus dignum sit credere Diuis,
 Aut non omne quod est muneris esse Dei.

Sed quia sic pretium rebus fecisse volebant,
 Maior vt eximijs artibus esset honor.
 Sic leges, sic iustitiam, sic iura fidemq;
 Munera Diuorum maximus orbis habet.
 Vt taceam reliquas humanis vsibus artes
 Concessas, celo sic Medicina data est.
 Namq; malis certa morbis ratione mederi,
 Vix hominum credi posse videtur opus.
 Sape ope presenti fugientem sistere vitam,
 Diuine partem conditionis habet.
 Plus satis hoc laudata, quod ipso munere laudis
 Non eget, & proprio est nomine clara satis.
 Namq; nec utilius quicquam, nec cuius egerent
 Plus ope, mortales iussit habere Deus.
 Multa quidem fateor, nostra data comoda vite,
 Fortune in primis liberioris opes.
 Sed nisi tu valeas animoq; & corpore constes,
 Horum quicquid erit nullius vsus erit.
 Vt valeas Medicina docet, quo munere maius
 Largiri Regum nullius arca potest.
 Atq; vt diuina res maiestate verenda est,
 Laudari humano non satis ore potest.
 Quod quia non potuit fieri sermone pedestri,
 Forsitan in versu gratia maior erit.
 Nunc age, volue animo, circūfer in omnia mentē,
 Nature varias emeditare vices.
 Quam sit in humanis discors variatio membris,
 Non eisdem semper, sed nec ubiq; sibi.

M E D I C I N A E E N C O M I O N

Namq; tot etatum discrimina corpora mutant,
 Dissimiles sexus, dissimilēsq; situs.
 Illos ira premit, iuuat hos clementia celi,
 Hos studia euertunt, his meliora fauent.
 Tot genera vt taceam vitæ, quibus omnibus vnā
 Est opus vt medica constituentur ope.
 Quis queat herbarum tot millia dicere? plus quā
 Nomina morborum nota trecenta ferunt.
 Inde quot emanent nulli puto dicere promptū est.
 Tot genera in partes qui secuisse volet.
 Quæ cuncta ingenio rimari atq; arte magistra,
 Vix erit humanæ conditionis opus.
 Est aliquid mensum certis rationibus orbem,
 Et velut artificii composuisse manu.
 Maior ab ingenio Medici labor: omnia præstat,
 Naturæ occultum cui nihil esse potest.
 Multa scholæ possunt rerum decreta Sophorum
 Dicere, sed sola garrulitate valent.
 Rebus agit Medicus, verbis res applicat, & quod
 Tantū verbo aliquis disputat, ille facit.
 Ille manus audax naturæ viribus infert,
 Cogit & hanc cursus vertere sæpe suos,
 Ille velut terræ fibræ excludit apertis,
 Quicquid & hæc extrà, quicquid & intus habet.
 Omnia quis referat? quot sunt data nomina rebus,
 Artibus hic credi tot valuisse potest.
 Iam si non pudor est, si fas est vera fateri,
 Ars immortalis est proxima nostra Deo.

Sicut enim Deus est vitam qui donat & aufert,
 Ablatamq; potest reddere quando libet,
 Sic Medicina datam si non infida tuetur,
 Quis neget humani muneris esse nihil?
 Prisca suos sileant vanos mendacia Divos,
 Magna quibus tribuunt, sed caritura fide.
 Tyndarida in lucem reuocatam, Epidaurius anguis
 Iactet, Prusiacus funera victa senex.
 Quae licet à vero procul absint, mira videri
 Posset vt ars, licuit transilijse fidem.
 At non est eadem, seruare & reddere vitam,
 Gloria, & hæc propria est numinis, illa hominis.
 Quid tamen hoc refert, si qui moriturus obibat,
 Obtinuit medica ne moreretur ope?
 Respirasse liquet supremo à funere multos,
 Fatalem casu nec subijse rogam.
 Quod paucis casus, dedit hoc ars prouida multis:
 Mirari hanc poteras, ille sine arte fuit.
 Vt tamen hanc celo debemus & omnia, sic nos
 Omnibus hoc, paucis quod dedit illa, damus.
 Nam neq; diuinum vulgavit in omnia munus,
 Et voluit cunctis esse salutis opem.
 Aspice morborum quot sunt exempla, quibusdam
 Exitium præsens ni medearis inest.
 Quale quod elisis dissoluit corpora nervis,
 Quale quod obstructis præfocat arterijs,
 Qualia multa ferunt mutantes tempora casus,
 Qualia multa solent corpora nostra pati.

MEDICINAE ENCOMION

Omnibus auxilium medicus tulit, omnibus idem
 Est opifex ipso non renuente Deo.
 Qui quia naturæ docuit cognoscere vires,
 Quod docet, hoc vti nos voluisse liquet.
 Quis neget ante diem multos periisse supremum,
 Quod medica tangi non potuere manu?
 Milia quot Stygias innarunt antè paludes,
 Quàm decuit, medicæ quod nihil artis erat?
 Milia quot degunt hodie vitalibus auris,
 Quæ tantum nasci contigit huius ope?
 Nam quia nascendi discrimina mille fuerunt,
 Mille modis hæc ars auxiliata fuit.
 Quæ modo nascentes, & ab ipso limine vitæ
 Excipit, & certa viuere lege docet.
 Quod si est esse Deum plures inuisse, vel hoc est
 In Medico verum, vel ratione caret.
 Non modo namq; iuuat, verum quoq; seruat, & vno
 Elogium duplicis nomine laudis habet.
 Iam taceo reliquas, quarum nec semper egemus,
 Nec doctos omnes artibus esse iuuat.
 Huius vbiq; opus est opera, seu corporis ægri,
 Sive animi vitium contigit, illa leuat.
 Sicut enim quosdam vulgant contagia morbos
 In sibi vicinis corpora iuncta locis,
 Sic animo quodcumq; graue est, in corpus abundat,
 Rursus & hoc animum perdere sæpe solet.
 Arte sua sed vbi Medicus componit vtrumq;
 Præstat vt hoc valeat, langueat ille minus.

Finge relegatos omnes vel ad vltima morbos

Limina terrarum, finge dolere nihil.

Qua talem ratione statum defendere possis,

Non video, Medicus ni tibi monstret opem.

Ille docet qui quemq; cibi releuent ve premant ve,

Conuictus legem totius ille docet.

Res gravis est, & vt est, sic omnibus esse videtur,

Extremo reptans curua senecta gradu.

Hæc vt sera magis, magis vt incundior adsit,

Si queris, Medici prouida cura dabit.

Desijt esse senex, vetulusq; repubuit Eson:

Causa inuentutis Colchidos herba fuit.

Perpetuo inuenem fama est vixisse Phaona,

Vnctum pyxidibus Dina Cytheri tuis.

Et ne vana morer fugientis gaudia forma,

Solius & curam corporis esse velim.

Sunt etenim qui sacra colunt, qui mystica tractant,

Qui inbeant animos excolere, inde nihil.

Quorū vt parte aliqua tā frivola dicta renellam,

Quid ferat ars animis nostra, videre libet.

Principio quis tam vitiorum est impiger hostis

Quam Medicus? quis tam sobrietatis amans?

Plus quoq; tristitiæ nemo moderatur & ira:

Nemo magis Veneri temperat, atq; gula.

Ille docet morbos animi compescere primum,

Si volet vt veram sentiat eger opem.

Is tibi seu victus, seu rerum lege medetur,

Languida nunc atra pectora bile leuat:

MEDICINAE ENCOMION

Nunc cordis reficit vires, fulcitq; cerebrum
 Spiritibus, lapsus corrigit ingenij.
 Si quaiacent membri velut instrumenta, reponit:
 Naturam ad sese corporis illa trahunt.
 Quae dum cuncta facit, dum praestat singula, nūquid
 Parte hominem totum seruat vtraq; sui?
 Nam quos mole grauat somni Lethargus iniqua,
 Quos animo captos dira Phrenesis habet,
 Quos Maniae vitium premit, aut Lymphaticus error,
 Quosve malum Sydnus reddidit attonitos,
 Hos qui restituit, num restituisse videtur,
 Quātus homo est animo, corpore quātus homo est?
 A vitij animum qui liberat, ille medetur
 Vix vni: medicans corpus, vtrumq; facit.
 Frustra erit ille animae medicus, qui lucis egentē
 Nactus, ad oppressum frivola verba ferat.
 Saepius at medicus poterit renocare labantem,
 Vt sit curari qui queat inde, animum.
 Corporis atq; animi siquidem natura cohaeret:
 Semper & alterius postulat alter opem.
 Hic tamen ex illo pendet magis, omnis ab illo
 Naturae quandam transtulit ille notam.
 Qui volet ergo animo bene constantēq; valere,
 Si facit, vt valeat corpore, firmus erit.
 Quod quia nemo alia, nisi praestitit arte medendi,
 Haec ista potior laus memoranda fuit.
 Vox diuina suum medicis decernit honorem,
 Praecipit & iusta relligione coli.

I nunc sanctarum spatiosa volumina Legum,
 I veteres iacta, nomina tanta, Sophos.
 Omnia sunt hominum paulatim inueta per artes.
 Vt creat hanc artem, sic docet ipse Deus.
 Nam nisi mentitur, Medicina est omnis ab illo.
 Non probat hoc vno pagina sancta loco.
 Omnia deberi, qui nos genuere, fatemur:
 Quod vitam nobis hi tribuere semel.
 Plura tamen Medicis, excepto numine Diuum,
 Quod vitam seruant sepius ancipitem.
 Ense minax nostris cernicibus imminet hostis,
 Quem qui propellunt, dicimus esse pios.
 Pro vita Medicus tot vite pugnat in hostes,
 Ingratus meritis talibus esse queas?
 Et quali Diuum reges veneramur honore,
 Quod vite dominos credimus, atq; necis.
 Hos tamen haud aliter nostrae, quam quatenus illa
 Esse sinunt, vite iura tenere vides.
 Adde quod haud aliam, quam corporis, illa potestas
 Ars dabit haec vitam corporis atq; animi.
 Iam prope rapturi subeuntem limina Ditis
 Ad vitam domita morte redire iubet.
 Saepe vtriusq; hominis vitam sic reddit vtramq;
 Alterius terris, alterius superis.
 Officium est reliquis, si quid fuit vtile, rebus:
 Spectari pietas hic mihi sola potest.
 Adde quod eximium quicquid deus obtulit vlli,
 Vt maneat, Medici cur a fidelis agit.

MEDICINAE ENCOMION

Tot præclaræ animi, naturæ munera, dotes
 Casibus expositos mille videre licet.
 Vis memor, ingenium, virtus, concordia mentis,
 Sæpe fluunt, Medico non adhibente manum.
 Morborum siquidem vis obruit, vt freta ventis
 Concita fluctinagas sæpe tulere rates.
 Non secus, ac radijs cæcæ sol aureus umbras,
 Morborum Medicus dispulit omne genus.
 Corpus vt hoc mortale, sit immortale, quis optet?
 Ars tamen hoc quadam præstitit ista tenus.
 Namq; alacrem seros vitam seruasse sub annos,
 Quædam etiam vitæ forma perennis erat.
 Rhetoras exemplis fuerat par grandibus vti:
 Nos color infanti noster in ore decet.
 Inre igitur priscis ars laudatissima sæclis,
 Nondum corruptis moribus ista fuit.
 Tum fuit in pretio, tum præmia digna ferebat:
 Tum sacra, tum magnis regibus apta fuit.
 Legiferum fecisse cibus discrimina Mosen,
 Quis medica factum sub ratione neget?
 Orphea quis nescit medicas errasse per herbas,
 Argutâq; illis accinuisse lyra?
 Fons sacer ora rigans vatuum, Diuinus Homerus,
 Hei quantis medicos laudibus ille canit?
 Quantum in herbarum memorâdis viribus idem est?
 Quanto illud sacrum condidit ore Moly?
 Quod non arte sua superare venefica Circe:
 Non Ithacum possit detinuisse suum.

Dona voluptifici plus quàm diuina Nepenthes
Qualia sint, illo nemo canente rogat.

Pæona, Phillyriden magnum, Phœbiq; nepotes
Heroa quoties tollit ad astra tuba?

Ille virum multis Medicum quoq; prætulit vnum.
Omnibus instructum posse latere nihil.

Plurima Pythagoras, inter quæ scripta reliquit
Plurima, quas vires quælibet herba ferat.

Nimirum exosus carnes, tam cautus in herbis
si fuit, hoc factum quo tneatur habet.

Quis vel Aristotelem nescit, magnùm ve Platona;
Præclare medicæ consuluisse rei?

Chrysippum taceo, Theophrasti scripta leguntur.
Ingens Romanos est numerare labor.

Mithridatè res nulla magis, neq; regna, neq; ingens
Gloria linguarum, quàm medicina iulit.

Cuius ab ingenio quàm nobile Pharmacon extet;
Sæpe minus cautè sumpta venena probant.

Quos Arabas? quos Chaldaeos? quos dicere Persas?
Nomina si libeat barbara multa, queam?

Si libet exemplis vt̄t̄ melioribus, Ipsum
Aspice, qui medicum se docet esse, Deum.

Illinit hic oculis commistum puluere sputum:
Hic oleo & vino vulnera fœda leuat.

Diuersum ille suis abituris iussit in orbem,
Hospitibus medicas addere sæpe manus.

Dum vinum inueni Paulus præscribit amato,
Parte aliqua Medicus nunquid & ipse fuit?

MEDICINAE ENCOMION

Luminibus captum, dum liberat arte medendi
 Angelus, inuenit quod modo nomen habet.
 O studium caeleste, datam diuinitus artem,
 Diuinae illae animae nomina cuius amant.
 Iudicia heu peruersa hominum, nescire pudendum
 Creditur infasti vilia damna lucri,
 Scire pudet qua nam possit ratione tueri
 Lucrum, quo maius fata dedere nihil.
 Quid si fortis erit, si verus habetur amicus,
 Fortunam socius qui per vtramque manet,
 Nemo magis fidus Medico, qui tempore duro
 Ipse quoque, vt valeas, multa pericla subit.
 Cum fugiunt agnati omnes, hic solus adheret,
 Quamquam alij nequeunt, monstrat, & addit opem.
 Heu nimis ingratos opera qui talis amici
 Seruati, oderunt, prob pudor, artificem.
 Nam quia desperant sat praemia digna rependi
 Posse, viri vultus sustinuisse graue est.
 Si quis ab vtilibus pretia aestimet, haec quoque rerum
 Inferior nulli est quaestibus atque lucro.
 Quamquam maior erat, quam qui rationibus vllis
 Huius diuinae debeat artis honor.
 Pauca tamen referam, nec enim fuit vlla per omnes
 Cogendis subito fructibus vberior.
 Praemia si referam, quibus illam pendere Reges
 Sint soliti, nullam dicar habere fidem.
 Quem tu donaris centum Ptolemae talentis
 Antiochum patrem consule, certus eris.

Pluris Alexander Critobulum fecit, Ex auxit
 Dinitijs, quales dicere Musa fugit.
 Portentosa quidem res est, sed vera relatu,
 Roma quibus medicos quæstibus extulerit.
 Quinquaginta super Sestertia pone ducentis
 Annua, quæ medicis prodiga Roma ded t.
 At bene si numeres sexcenta hæc milia nummum,
 Plusq̃ ferunt æris quod vehit vnda Tagi.
 Quid tamen hæc priscis inuat extraxisse latebris?
 Presentem faciunt tempora nostra fidem.
 Nã quot in hoc numero Cræsiq̃ Midæq̃, coactis
 Dinitijs, audent regibus esse pares?
 Vtq̃ ferunt aliæ flores sine fructibus artes,
 Sic hæc largiflua præstat vtrunq̃ manu.
 Frigebunt steriles Musæ, sine nomine Rhetor
 Frustra pro sola laude disertus erit,
 Musicus vt cantu superet Syrenas, egebit,
 Ingeniosa licet, nuda Matheſis erit.
 Hæc & plura aliquo nisi sint insignia cultu,
 Vrgentem poterunt vix pepulisse famem.
 Ipsa suos egre ditabunt iura professos,
 Ni fuerint summis artis honore pares.
 Adde quòd è sacris raro grauis arca paratur,
 Vinere nam recte nemo libenter emit.
 Sola su os docti sint quomodocunq̃ tuetur,
 Extulit in famam, quos medicina semel.
 Illa breui magnos explorat tempore quæstus,
 Et solo immensas nomine conflat opes.

MEDICINAE ENCOMION

Quinetiam terris non omnes omnibus artes
 In pretio lucri fertilis instar habent.
 Sarmaticis rhetor fugiet derisus ab oris,
 Cognitio est legum limite clausa breui.
 Ipse sua redeat patriæ diuinus Homerus
 Ipsum se superet carmine, pauper erit.
 Heu enim insipiens, heu barbara secula, foelix
 Cui tales nasci contigit ante dies.
 Non tamen ista queri fuit hic opus omnibus artes
 Cum pereant aliæ gentibus, vna manet,
 Vna vbi cumq; satis præstat medicina lucelli
 Terrarum, quamuis ad Garamantas eas.
 Ipete climatibus contraria climata nostris,
 Ipete caluagi solis vtrumq; larem,
 Inuenies quo mox ditescas, scenore vitam
 Nam petit, & medica gens eget omni ope.
 Hoc quoq; sunt ipsum qui dicant esse pudendum,
 Immodicos quæstus quod Medicina ferat.
 Verum: sed meritis benefacta rependere nullis,
 Hoc opus ingrati, & iusta negantis erat.
 Hanc Cato damnauit nimium Romanus. at ipsum
 Conueuiens duris moribus illud erat.
 Sunt quoq; qui medicos impune occidere clamant.
 Quod poterant, virtus, nõ voluisse, fuit.
 Iam miserum est medici præscriptis viuere, vt aiunt.
 O vocem, furias quæ decuisse queat.
 Scilicet enervæ hebetari profuit artus,
 Mille voluptatum desidiæq; modis.

Sed quid opus tales verbis conuellere causas,
 Que sine iudicio pondus habente cadunt?
 Namq; graues arti pœnas hi sepe dederunt,
 Qui tantum probris impetiere decus.
 Quòd si sunt aliqui, sicut sunt multa malorum
 Milia, qui tantum nomine sunt Medici,
 Ecquid iniquius est, hominum quàm moribus artē
 Arguere, & laudem criminis esse loco?
 Nulla est religio, tam sancta professio nulla est,
 Que nullos habeat, sustineatq; malos.
 Quis dabit, vt qualem votis optare solemus,
 Contingat princeps, hic & vbiq; bonus?
 Ergone maiestas damnanda est nominis huius,
 Si sit paucorum crimine facta nocens?
 Omnibus haud noceat quosdam peccasse fateri.
 Peccarunt homines. Ars sine fraude fuit.
 Quis non & medicum Musis & Apolline dignum,
 Et plenum numeris omnibus esse volet?
 Quem si fortè neget nostræ fortuna salutis,
 Huc tamen eniti, possit vt esse, decet.
 Et poterit, tantum videatur posse, nec huius
 Mosis, iners ratio, pondere victa cadat.
 Et multi potuere, & ab huius nomine laudis,
 Condecorant nostros milia multa dies.
 Sed quis erit modus, & quæ finem nostra videbunt
 Carmina, si quæ sunt scribere plura, velim?
 Et portum video, & longum mare restat eundum.
 Sed quia præstiterat, littora prima petam.
 c. iiii.

MEDICINAE ENCOMION

Si placida antiquis accessit gratia rebus.,
 Hac nihil antiquum nouimus arte magis.
 Si bonus inuentis pretium dedit artibus author,
 Artifices fama est hanc reperisse deos.
 Si venit grauitas ab honoribus vlla peractis,
 Diuinis mernit laudibus illa coli.
 Si sunt in pretio quæ magnis digna videntur,
 Semper apud reges maxima visa fuit.
 Si quod difficile est pulchrū quoq; pulchrius hac est,
 Cum sit & hac vsu grandius arte nihil.
 Si spectare libet quid possit, quanta facultas,
 Hæc fugientem animam sola tenere potest.
 Si quid inest rebus, quiddam, quod sepe necesse est,
 Nulla sub hanc tantum gloria laudis habet.
 Si virtus spectanda, quid est vel honestius vsquam,
 Quàm seruare hominem, qui periturus erat?
 Si quis ab vtilibus venit fauor, omnibus huius
 Vt fuit & maior, gratior vsus erat.
 Ex animo talem ergo animum tibi gratulor Hunc,
 Tam bona qui potuit, deligere ista sibi.
 Perge modo, & totis incumbere viribus aude:
 Vnde nouus studijs iam tibi surgit honor.
 Vnde tibi faciles texunt nouaserta Napeæ.
 Ista quidem vario germine floret humus.
 Hoc iter ad Musas, ego te comitabor euntem.
 Hæc quoq; si nescis, proxima ad astra via est,
 Hæc tibi disparibus cecini dictata camænis,
 Dum subita Medicus ludit Apollo cheli.

Que quantum nobis, tantum debebis Erasmo:

Qui prior omnibus hæc, sed sine lege, dedit.

Hos prius eximiè culto succidimus horto

Parte bona, quæ nunc pauca, sed apta vides.

Addidimus quoq; ceu nostro de flore corollas,

Quarum lecturos non puduisse queat.

Et ne cassa modo passim, & sine lege iacerent,

Legimus, & numeros iussimus esse. Vale.

Finis.

ACHORVS NOBILIVM MEDICO

rum in Museo Sturtiano.

Apollo.

Arma Ceres, vineta coli monstravit Iacchus:

Mercurius Cytharam, Lemnius arma dedit.

Multa alij Diuûm, Medicina inuentio nostra est.

Omnibus hæc maius gloria nomen habet.

Idem.

Tela trifulca Iouem, Cererem seges, ebria Bacchum

Vina, Deos inter nos Medicina locat.

Illi sepe nocent, quas inuenere per artes:

Quam sepe ille adimunt, ars mea reddit opem.

Æsculapius.

Quas pater inuenit per me dedit omnibus artes.

Creditus hinc viuo corpore Numen eram.

Abstulit iratus vitam mihi Iuppiter illam,

Quam reddi toties, non tulit arte mea.

Podalyrius.

Sepe meas sensit vires Argina inuentus,

Fluminis ad ripas, inclyte Xanthe tui.
Ex patre me Phœbo, fecit fortuna nepotem.
Nec te Diva mei Nympha Coronæ pudet.

Machaon.

Me quoq; qua fratrem Podalyrion arte medentem,
Vidit ad Ideos Græcia tota lares.

Vera loquor, nec me tacuit diuinus Homerus,
Curasse artificii vulnera multa manu.

Chiron.

Herbarum vires magnum cognoscere Achillem,
Et blanda docui concinuisse lyra.

Debet & ipse suas nobis Epidaurius artes:
Cui sedem Latij Tybridis vnda dedit.

Hippocrates.

Primus ego obscura Medicinam nocte sepultam,
In lucem veris artibus adserui.

Nec mihi cuncta parem viderunt arte medendi
Secula, quæq; manent, quæq; fuere prius.

Galenus.

Demperis Hippocratē, Medicorū primus habebor:
Debeo multa illi, debet & ille mihi.

Nam quæ nota parum reliquis dedit, omnia feci
Mille libris claro lucidiora die.

Idem.

Hippocratem magnū, brevis Insula, me dedit ingēs
Terra Asia: plus nos scripsimus ille minus.

Ille elementa dedit, nos inde extruximus arcem,
Quam seruat Medici præsul Apollo chori.

Aesclepiades.

Rhetor eram, sed me locupletem ex paupere fecit

Curandi ratio corpora, more nouo.

Extinctam posito reuocavi à funere vitam.

Et fortuna meo nomine victa dolet.

Erasistratus.

Tabuit illicito Stratonice amore nouerca

Antiochus, tacito certus in igne mori:

Arte mea iuueni deprehenso, gratia patris

Obtulit uxorem, quæ modo mater erat.

Erophilus.

Primus venarum docui cognoscere motus

Quoslibet etatis pro ratione suæ.

Nostra fefellisset, nec quenquam Musica, si non

Plus nimio visum grande fuisset opus.

Critobulus.

Fama clarus eram Macedum sub rege Philippo,

Artis opem fide cui mea dextra tulit.

Namq; oculum dubia percusso fortè sagitta,

Absq; nota, formam luminis adserui.

Philippus.

Tristis Alexandro suspectum littera fecit,

Ne biberet, nostra pocula mista manu:

Ebibit ille prius, tum scriptum porrigit vltro,

Tanta me dignum credidit esse fide.

Dioscorides.

Tempore quo Pharijs Antonius ignibus arsit,

Prælatys medica pluribus arte fui.

Debet adhuc nostris rerum natura libellis,
Quod cum tot, pauci non potuere mori.

Paulus Egineta.

Nos lege qui magni cupis aurea scripta Galeni
Tramite difficili non remorante sequi,
Illius equarunt immensa volumina vires:
Omnia, sed cursu nos breuiore, damus.

Plinius.

Quicquid in arcanis naturæ sensibus vnquam
Aut fuit, aut nunc est, aut erit, omne meum est.
Talem se nostro debet medicina labori,
Qualis naturæ prodit ab vberibus.

Cornelius Celsus.

Dictantes medici quandoq; & Apollinis artes
Musas, Romano iussimus ore loqui.
Nec minus est nobis per pauca volumina fame,
Quàm quos nulla satis Bibliotheca capit.

Antonius Musa.

Maximus imperio coluit me Cæsar amicum:
Ex medicis igitur primus habendus eram.
Ne fierem nocuit Musæ mihi, musa Maronis:
Quem colimus, Diuo charior ille fuit.

CHORVS MVSARVM.

Clio. I.

Sacri prima chori musarum præmia Clio,
Addo suam rebus temporibusq; fidem.

Euterpe. II.

Me chorus Euterpen, quia sim incunda, vocarunt:

Et mea plus alijs fistula dulce canit.

Thalia. III.

Quòd me cen viridi spatiantem cernis in horto,
Floribus æternis apta Thalia fui.

Melpomene. IIII.

Melpomene reliquas supero dulcedine vocis,
Sunt qui me Tragicis moribus esse putent.

Terpsichore. V.

Terpsichore cytharam pulso, ducòque choreas:
Hinc me Syrenas progenuisse ferunt.

Erato. VI.

Quamuis casta Erato castis aspiro poetis,
In sua vota tamen me vocat omnis amans.

Polyhymnia. VII.

Auscipor innumeris Polyhymnia cantibus aures,
Æternùmque canunt organa nostra melos.

Vrania. VIII.

Uranie celeste genus celestia canto,
Esse deos facio qui mea regna colunt.

Calliope. IX.

Vox bona, Calliope, Musarum maxima, dicor.

Singula sunt alijs, omnia tota mihi.

In foribus Musæi.

Hæc quicumq; subis penetralia, ne inscius erres,

Presidet his Phæbus, Pieridesq; novem,

Tam Medicus, quam te vates inuitat Apollo,

Liber ab hac hospes Religione subi.

Finis.

COENA BAPTISTAE

FIERAE DE HERBARVM VIR-
tutibus, & ea medicae artis parte, quae in vi-
ctus ratione consistit.

PRIMA COMMENDATIO AB ipsis Elementis.

Elementa.

ARida terra, gelu torpet, calet humidus aer.
Si gelida est, deceat, si minus humet aqua.
Torrída ab igne, minus sunt caetera sicca, ministrat
Omnibus haec varias non sine Sole vices.
Dij, bene sit vobis, semper mutata nouantur,
Ut perimant formas dentq; elementa nouas.

Ficus. σύκα.

Ignē tepet modico, primóq; est tempore Ficus
Mollior, vrenti mox sitit igne magis.
Candida purpureis nigrisq; est gratior, omni
Pinguior haec fructu est, vberisq; fonet.
Si nona sit, nocua est stomacho, & descensibus apta
Effluet, ardenti ni sociata nuci est.
At siccata aperit, sordésq; potentius effert,
Nec minus ista mali sanguinis esse solet.
Frigida membra calent Ficu, praecordia lenit
Et caput, hanc primam mensa Libérq; ferant.

Mala.

Plurima sunt minimiq; madentia mala caloris.

Dulcia, sed stomacho commodiora meo.

Corda iuuant flammis agitata, at noxia ventri

Turgebunt, nervis & nocuisse volent.

His canneas, mala sunt, dirasq; mouentia febres,

Forma placet nitidi corticis, esca nocet.

Persica.

Rore sumus pluuio mox putrescentia, ventri

Fida calefcenti, si modo prima damur.

Mollia laxamus ventres, siccata tenemus,

Nos tenet Persis, sed tibi grata sumus.

Poma Armeniaca.

Poma eadem dices quæ Persica, si tamen amplum

His corpus, nobis aurea forma datur.

Pruna. κοκκιμηδέα.

Pruna licet vario decorata colore nitescant.

Frigent, & pluri crassa liquore fluunt.

Soluunt, corda fouent ardentia, prima reposcunt

Prandia, sunt Syrij nobiliora soli.

Pyra.

Brumalis sitibunda cibi, durantia ventrem

Sunt pyra, ventosum non edat illa latus.

Cor tamen hæc colat, & fungi cui cura maligni

Nec pipere & mulso melléve cocta nocent.

Cerasa.

Iam dedit è ponto nobis tria poma Lucullus

Vix tepida & cursus dulcia, sunt subiti.

Dulcacida ignito fiunt aptissima ventri,

Condit adusta vorax Acris sole coquus.

C O E N A

His aluus fluida arcetur, famis improbus ardor
Crescit, adempta sitis. quam gula docta coquo?

Cydonia.

Sicca leuis brumæ q̄ poma Cydonia melle
Cocta inuent stomachum, mensa secunda rogat.
Frenant vina, tument, fluxus remorata, lacertis
Sunt nocua, & nimio cursibus apta cibo.

Oliua.

Torpescens olea exacuit, sed auara palatum
Vix alet, arentem mollior aluus amat.

Ignis leui (nisi salsa) tepens, imitata smaragdus
Fœniculo atq; acido rore refecta sapit.

Sorba, Arbuta, Mespila.

Arbuta, Sorba, tenent fluidos & Mespila ventres.

Paruo siccescunt hæc tria pomagels.

Hæc fugias nitido dum cortice poma rubescunt.

Vix simul eueniunt, & decor, & bonitas.

Auellana.

Primus Abellinam Campano à nomine cultor
Dixerat aridula est, sed minus illa tepet.

Inuisa est capiti, & stomacho, tardissima lapsu
Intumet, umbrosis nascitur in corylis.

Amygdala. ἀμυγδαλή.

Fernet & emollit si dulcis amygdala, amara est
Asperior, mensas nesciat ista tuas.

Iliacum dulcis, tabemq; à pectore delet.

Quam bene distat? alit dulcis, amara necat.

Nux.

Mille nuces poteras dixisse, sed vnica ingrans

Nux dicta est, linguæ iam nocitura tuæ.

Siccior arefcit, stomachũ & caput improba vexat.

Mirum, si nocuæ sit bene iuncta via?

Pistaceum. Πιστάκιον.

Ignе nuces superat, renes inuat, & iecur humens

Pistaceum, hoc stomachi Cœna senilis amat.

Pinea.

Ebullit nimumq; sitit, pulmonibus imis

Debita vix coquitur Pinea, sed bene alit.

Intestina fouet, nervis rigidõq; lapillo

Subuenit, & Veneri grata, fugit Cybelen.

Castanea.

Quæ tibi grata licet posito mollescat echino

Sicca est, & nimio Castanea igne calet.

In caput & ventres inflata asperrima seuit,

Ni spolia apportet mellis arundinei.

Zizipha.

Magna placet, tussim sedant, stomachũq; lacesunt,

Humenti frigent Zizipha temperie.

Mala Punica.

Dulcia sunt madidi roris, sicci Acria poma

Punica: pulmoni hæc sunt mala, at illa bona.

Cuncta nocent stomacho, feruentes acria flammæ

Extinguunt, cunctis mensa secunda datur.

Sæpe remorbescit dulci si vescitur eger.

Vtraq; cum distent, meiere cur faciunt?

Corna.

d. j.

COENA

Corna nocent stomacho bruma malè grata rigenti,
Si tuus illa voret venter, auarus erit.

Mora. συκόμερα.

Acribus est gelidus, feruescens dulcibus humor,
Dulcia mox putrent Mora vorata tibi.
Acria si ventres choleram subigentia durant,
Vesica effluxus plenior inde tibi est.

Vua. σαφυλί.

Dulcis & apricis delecta in collibus Vua,
Terrens huic cortex, feruidus humor inest.
Excipe de nigris, quæ sit tibi gratior, albam.

Néve inflet, soles sit remorata duos.

Bacche quid hoc maius potuisti munere? nutrit
Hæc bene, vesicæ sed male sana nocet.

Vua Passa. σαφίς.

Passa iecur stomachûq; inuat, mihi priâ Corinthi est,
Iliâ cum tepido grata liquore lenat.

Vua immatura.

Quid miseræ amplecti caram mihi profuit vltimum,
Tam subitæ mortis cum meus extet amor?

O foelix labrusca tuis seruata racemis,

Quàm minor est multo sors mea sorte tua?

Non caleo, dulcisq; mihi non insitus humor,

Digna fouere fui pectora, nunc noceo,

Astringo, in glunniem repeto, sum noxia bili,

Malueram Baccho debitus esse sapor.

Labrusca, ἀμπέλος ἀργία: & Pruna syluestria.

Labrusca incultæ decus arboris, acria pruna

Nata sub vmbrosa sole tepente Rubo,
Frigida sunt, vomitumq; tenent, fluxusq; retardat.
Gratia quanta Ioui? nil sine dote facit.

Bacca Lauri.

Laurea, docta caput, mucosaq; pectora, lumbos,
Et iecoris clausas radere Bacca vias.

Dira mouet vomitus, & rusticitate retenta,
Præ nimia fætum perdit amaritie.

Menstrua subducit, lapidemq; epota resoluit,
Quod mirum est? vssit si prius, vsta modo est.

Bacca Iuniperi.

Gratia Iuniperi baccis sitientibus ingens,
Pulmonem stomachumq; igne tepente inuuant.
Semianimem renocant matricem: bacca dolores,
Iuniperus flammis vsta, venena fugat.

Conus Cypressi.

Arescens calido reprimat conspersa Cypressus,
Vesicæ & nervis optima languidulis.

Est mala, grata tamen, Ditiq; in funere sacra,
Flet pueri assidue lurida fata sui.

Dactyli.

Ardua dat dulci pomum tibi palma tepore,
Cui dedit apta nimis nomina, forma teres.

Hoc canneas, tumidum corpus torpedine replet,
Sic cedit vinci nescia palma tibi.

Grana Myrti.

Dum sitibunda rigent, reseratos grana cruores
Myrtea compescunt, & bene semper olent.

d. ij.

COENA

Corda senescentemq; iubent renirefcere formam,
Hinc tibi grata putant Myrtea ferta Venus.
Bacca Hedera.

Sicca nocens nervis Hedera est, & frigida paruo
Igne calet, varijs sic male mixta modis.

Vina domat, firmantq; caput, ventremq; corymbi,
Cincte hedera nimium tempora Bacche fapis.

Mala Medica.

Medica mala sumus, pelli vis ignea nostra est,
Humens Brumæ nec bene cocta caro.

Terrens est humor, sectantur semina pellem,
Flos calet & folium, sic voluere Dei.

Tarda caro est, succus choleram, fluxusq; moratur,
Cor tepet hinc ardens, hinc tua membra nitent.

Semina, flos, folium, & cortex frigentia mulcent
Corpora, & epurant aëra pestiferum.

Sola tamen volumus mandi, sic gratus, olefcens,
Nos, bona dic Veneri, non mala, nec medica.

Nerantia.

Proxima sunt, Itali dixere Nerantia, primis,
Vincunt pelle, parum frigidus humor inest.

Verticibus miro sunt hæc gratissima odore,
Dulce fapit melius, pectoribusq; fauet.

Sint folia arboribus feruata virentibus ipsis.
Cætera sunt mense commodiora tuæ.

Mala Limonia.

Affyrij pariunt etiam Limonia campi.
Crediderim succo hæc vincere prima malo.

Cetera subducunt, nec prima vigoribus aequant.
Sic nullo varijs ordine dantur opes.

Frumenta.

Iam liber arboribus per aristas ire, relictis
Parue potes, vario tempore multa legas.
Prima tibi aëria occurrunt frumenta, manipulos
Excute, subruffa, & grandia grana teras.
Plenus hæc repleant, fomentaq; plura ministrent,
Nulla magis Cereri grata corona datur.

Farra.

Farra calent, nimium siccata, his esca tenacis
Sumpta cibi est, mollem saccara conficiunt.
Sic stomachum & pectus refouebunt. q̄ bene dictum est,
Saccara non ullis posse nocere cibis?

Ordea.

Sicca, gelu parui, modice sunt ordea cœne.
Febribus in calidis pectoribusq; pares.
Inflant, occluse vesice claustra relaxant,
Nullus ea astricti corporis eger edat.

Spelta.

Spelta venit melior, minimo tepesacta liquore,
Cui tribuunt primos ordea, farque gradus.
Mira sed hinc res est, spelta minus ordea profunt,
Et tamen hæc avidis prima vorantur equis.

Cicer. ἐπίκιστον.

Feruet & arefcit cicer omne, sed ignea vincunt
Subnigra, pulmoni prima alimenta tuo,
Hæc reduci formæ & vocum concentibus apta,
d. iij.

Si data sint mensas inter vtrasq; tibi.
 Cortice non posito, renes, iecur, atq; lienem,
 Vesicamq; fouent, & Venerem faciunt.
 Hæc bona sunt, turgent, sed aquosa virentia. Tusci
 Cur tamen in primis ortibus ista vorant?
 Cicercula.

Extumidos auget magis vda Cicercula ventres,
 Et stomachum calido dura minore, grauat.
 Si Cicer hanc vincit, non his est æqua potestas.
 Sic cedunt dominis infima quæq; suis.

Pisa.

Sub cane sicca parum frigentia Pisa parabunt
 Cortice deposito pabula sana tibi.
 Sed melius sapient si dulcis amygdala succum
 Prestiterit, mira sic iubet arte gula.

Faba. *κὺμαρος.*

Vda prius, Faba mox fit terrea, turgida semper
 Est tamen, & poterit somnia ferre mala.
 Fresca minus nocha est, crassos parit illa liquores,
 Albentem intactam gurgulione legas.
 Pectoribus fluidæq; aluo vix commoda, ventri
 Et capiti est morbus, dedita testiculis.
 Hanc pipere & celebri poteram condire culina,
 Vendicat hanc vilis sed sibi rusticitas.
 Dum calet arenti & tibi manditur ore Phaselus,
 Mox facit infirmo turgida membra cibo.
 Si rubet, est melior, muliebria fortius effert,
 Hanc fuge, si placide somnia noctis amas.

Si pipere & mulso faciet coquus arte salubrem,
Dic mihi natura seruit, an iste gula?

Lens, φακός.

Alius ab igne leui lentis siccata tumescit,
Ordea si reddant, dic Medice innocuam.

Illam melancholicos, nervis inimica & ocellis,
Nec satis est, morbos, somnia dura mouet.

Scilicet extollat Pelusia munera Nilus,
Dulcia si addideris, toxica dira facis.

Oryza, ὄρυζα.

Cum tepeat ventrem retinēs, & amygdala inungi
Lacte vel exposcat, siccata Oryza magis.

Sic pulmenta feret tibi plurima, si tamen inflat
Nequitia poterit promptior esse tua.

Sed moneo patinas, vexat diuturna calentes,
Siste parum, Veneri fiet & apta Gula.

Milium, κέχρεος. Panicum, ἔλυμος.

Sunt ieiuna, aluum durantia, grata dolori,
Si Milia ignitis sint prius vsta focis.

Lacte incocta fouent molli vel iniusta liquore
Plenus, at cœna tarda tenacis erunt.

Panici vberior senioris mensa superbit.
Sapius exiguis cedere magna solent.

Lupinus, ἕρμος.

Siccior ardescit rudis incultusq; lupinus,
Hic conuiuia tibi rustice durus eat.

Lumbricis mors est, pleno iecori, atq; lieni,
Et presentis opis renibus esse solet.

d.iiij.

Gratia sit natura tibi, si villicus illum

Non colit, ipse sua est tutus amaritiae.

Vicia, Lolium, $\xi\alpha\gamma\alpha$, Avena.

His viciam, solia & poteram committere auenas,

Pluramq; quae nullo terra serente parit.

Segnia sunt, cultu nec carmine digna, nec horto,

Quamq; renascentur nulla ea mensa volet.

Cucurbita. $\kappa\omicron\lambda\omicron\upsilon\upsilon\theta\alpha$.

Succi aquei, cursus rapidiq; Cucurbita, bilem

Vincit, & Iliacum non bene cocta ciet.

Qua bene grata tamen, cuiuscunq; admixta secūdat.

Huius externa magis quam sua forma placet.

Cucumis parvus. Citrullus.

Sic nocet humescens Cucumis, gelidusq; Citrullus,

Vt tremuli ardores cordis odore leuet.

Ne diuturna tamen sit concomitata, caueto,

Febris, in assiduos si datur esca cibos.

Hic bilem subigitq; sitim, stomachiq; calenti

Gratus erit, medici si sapit arte coqui.

Cucumis magnus.

Grandior exoritur Cucumis sitientibus agris,

Humidior, paruo vix tepet iste gelu.

Sordibus hic patulos reddit quoscunq; meatus:

Saepe venenata sed dapis esse solet.

Pepo.

Quarta tua est sedes poteras sed primus haberi,

Cum tepeas, dulci grate liquore Pepo.

Vesicam & ventrem referas, sed praeius ito,

Ne tumidus noceas posteriore cibo.

Quae gravior tibi noxa tamen, vel perdita sedes,
Vel tibi, q̄ medici plurima vina negent?

Fungi.

Biffenos poteras irritamenta malorum

Ferre liber Fungos. cura sit ista Coquo.

Vndenos satis est subire putredinis vdos,

Dicere frigentes esse grauēsq; nimis.

Hi tamen inter se cum distent. Claudius edit,

Coniuge Boletos dante magis nocuos.

Si placeant, rabidi caueas contagia ferri,

Cūmq; venenatis putrida quæq; locis.

Quisq; nocet capiti & stomacho. caligine sensus

Velat, & est cordi pernicioſa lues.

Niq; salutiferi medicamina pura falerni

Hauferis, vrina vix erit apta via.

Funge vale, genitum nil miror nocte sub vna.

Sic properant rabido noxia quæq; pede.

Fungus Lyncurius.

Vltimus exposcit primos sibi Lyncis honores

Fungus honoratas dignus adire dapes.

Ignens est, iecori, & renum medicina lapillo

Vesicæq; datur, prandia grata gula,

Quòd lapide est ortus forsan mirabere? mirum

Grandius est, lapidem mox alit ille suum.

Panis Frumentaceus.

Debita natura tua qui modo charta libelle

Ars petit emeritam, siste parum per, opem.

Viuimus arte, fouet nos omni tempore panis,
 Nec sapiunt lauta, si sine pane, dapes.
 Fernet & artificis cura conditus amica,
 Fœcundo vincet salgama quæq; cibo.
 Pituitam fermenta adimunt huic mixta tenacem,
 Sed faciles aditus membra ad alenda dabit.
 Ars bona, sic geniti sumus vt moriamur, amica
 Nos tamen æternum viuere quæris ope.
 Panis non frumentaceus.

Quid sapiant alij, velles si vendere panes
 Pistor, ab inscriptis quære leguminibus.

Vina.

Vina bibe, humentes sed sint imitata tepores
 Antiqui calices, nec noua musta placent.
 Alba colas melius, reseratis postibus intrant
 Corpora, & emulcent, sunt nigra sicca magis.
 Si tibi subrubro salienti grata colore
 Sunt, modò sint olido munda sapore, bibas.
 Corda iuuant, vires reparant, subitãq; reportant
 Letitiam: modicis sed bibe sumpta cadis.
 Dulcia pectus alunt, iecori mala, pessima ventri
 Turgidulo, somnos hæc Veneremq; ferent.
 Cecuba fumoso nimumq; furentia viro,
 Sensibus & stomacho deteriora nimis,
 Forsitan & Chium expectas, grandæsq; Falernos:
 Sint mihi pauca malo, nec sine rura Capro.

Vina aquatica.

Calda minus, sed sunt magis humida aquatica vina,

Si ferat hęc stomachus, sensibus apta placent.

Acetum.

Vlcera si ventris vel pectora siccet, aceti

Commoditas tamen est non tibi parua Coque.

Frigore si poterit nervis nocuisse, rependit

Damna, potest egro si reuocare famem.

Sal.

Nunc riget, ante liquor fuerat sal, siccatur & ardet.

Cur tamen epotus corpora fluxa ciet?

Gratior albus erit, ruber est vrentior, omni

Laus, sale non posito mensa nec olla sapit.

Lac.

Dulce sapit, subito cur lac putrescit? aquosum est,

Quod praestat? Caprae. post? Onis. inde? Bonis.

Cui nocuum? Capiti, putridis & febribus, ora

Inficit & nervos, sed bene pectus alit.

Quando bibam? Primum quum sugis ab vberibus, somnus

Huic, moneo, & motus, mixtaque mensa nocet.

Tot petis? vnum oro, Cur in contraria fertur,

Et modo lac referat, & modo fluxa tenet?

Butyrum.

Lac dabit aërij tibi condimenta butyri,

Nec mirum, è gelido marmore flamma micat.

Pectora demulcent ventrumque, doloribus apta,

Non sunt plura gula, sed satis ista coquo.

Casus.

Si calet antiquus siccescens casus, humet,

Et gelidus novus est, inter vtrumque placet.

Si novus impinguat, siccat vetus, attamen ambo
Et capiti & stomacho, pectoribusq; nocent.
Mensa ferat medium, vel nullum: renibus illi
Sunt nocui, & iecori: nil habet iste boni.

Oleum Olivarum.

Pingue oleum mollit ventres, humetq; calenti
Temperie, & pingui fert alimenta cibo.
Hoc sine, nil condita sapit Laetuca. sed vnde hoc,
Inspidum cum sit, deiciatq; famem?

Oua.

Flent, positóq; tremunt capite, & coeuntia mandi
Nolent: nata modo, si sapis, ova bibe.
Humida sunt, celerisq; cibi, flammæq; tepentis,
At durata time, nec diuturna vores.
Mollia pectus alunt, tussim sedantia, raucis
Vocibus apta nimis, Gaudia noctis agunt.
Hæc stomachum mulcēt, renes, iecur, optima vētri,
Vesicam mira sedulitate fount.
Sunt bona, sed facile & subito tamen ova putrescūt.
Sic nihil ex omni parte iuuare potest.

Mel.

Ignea vere legas & mella nitentia succo
Subruffo, hyberno tempore lecta mala.
Dulcia sint, somnis blandum lenimen, & imo
Pulmoni. turges si tamen, illa time.
Hæc stomachum reparant, hæc à putredine fœda
Omnia tutantur. Gloria magna apibus.
Sed nihil aut modicum hoc ventri, mirabile maius,

Quod nocet educunt, quod iuuat illa tenent.

Saccara grata magis tibi dulcis harundo ministrat,

Liber adi, hic nocue nec timeantur apes.

Cumq; minus caleant, minimum siccata videntur,

Omnia cara, mihi sunt meliora noua,

Pectoribus, stomacho frigenti aptissima, mella

Si minus abradunt, sunt magis apta gula.

Lac, dulces fructus, Mel, pluraq; dulcia portas

Nec liber es sapidus, plurima amara tenes.

Caro.

Si domini fortasse liber te mensa vocabit,

Inscie, ne pecces vltima mensa tua est,

Quadrupedes vario current huc ordine, pluma

Nobilis huc posita queq; volabit Auis.

Quadrupedū humidior cibus est, tua portio dextrū

Sit latus, vda (deceat si tamen) ossa pete.

Dulcius hæc gustum alliciunt, tuus ista tepescens,

Semianimisq; calor concoquet igne leni.

Parna sapis vel si manus lactentia, cedant

Testiculi teneris carnibus ista licet.

Masculus oblectet, fastidit fœmina pingui

Feruentes nimio subleuat illa cibos.

Externum incoctæ carni dabit olla liquorem,

Innatum retinent assa tepente foco,

Si te gratus odor volucrum trahet, ito, Cachinnos

Ne moneas domino simplicitate tua.

Caro pinguis & salsa.

Exitus est facilis pingui, & vix nutrit, anari

COENA

Salsa cibi est caro, ni sepius inde bibis.

Oculi, Cerebella.

Quadrupedum effodias oculos. cerebella voluorum

Vda nimis, calidum ni piper addis, erunt.

Ubera.

Sunt aquea & pluuio si turgent vbera lacte,

Carne minus sapiunt, nec sine lacte placent.

Colla, Hepar.

Colla, iecurq; calent. collum sed fortius humet.

Gallina, anser, anas, mollius epar habent.

Pedes, Ale.

Pes placet anterior, sed non minus ala, tepores

Aërios non est hæc imitata minus.

Ren, Cor, Pulmo, Lien, Venter.

Det voluorum aërios renes coquus, ipse lienem,

Pulmonem, ventres, siccaq; corda voret.

Vitulus, Bos, Taurus.

Affiduos habeant vitulum tua prandia in vsus,

Cui madida & sapido iuncta tepore caro est.

Terrea bilem affert, terram digesta per annos,

Nunc eme, sic stomacho fit lenis esca tuo.

Ne tamen incertis natura laboribus erret,

Cogetur pando bos dare colla ingo.

Spectet ad exortum solem frons frigida tauri,

Siccior est, Hyadas si fonet illa, sapit.

Hædus, Caper.

Hædulus ad domini saltet, sed frigidus, aras.

Vix calet, illa aegris vda alimenta feret.

Cum male olet siccat, fit iam caper improbus, absit,

Et cadat ante focos victima Bacche tuos.

Agnus, Vernex.

Anniculus placeat, vel si sine testibus agnus.

Pinguior est hædo, quum calet ossa, vores.

Hunc amo, si duri per pascha montis anhelat:

Maluero si auri vellere diues erit.

Sus, Aper.

Sus tibi cænoso sit cæna domesticus ore.

Grata ferat nobis mensa hyemalis aprum.

Ille licet currat de vertice montis, agnosæ

Carnis erit, pluri sed tamen apta cibo est.

Hunc feritas sylvæq; domant, & inania saxa,

Pöst melius posita rusticitate sapit.

Capreolus, Dama.

Iam canibus laqueos iniungite. iam lacer vdam

Tingit humum, roseo sanguine Capreolus.

Hic optata feret nobis fomenta calore

Vda leni, modicis mōxq; coquenda focis,

Damula adusta magis, si matris ab vbere rapta est,

Huic prior in nostro forte erit orbe locus.

Bubalus.

Bubalus hinc abeat, néve intret prædia nostra,

Non edat hunc quisquam, sub iuga semper eat.

Cervus.

Terrens est, volitat sed cervus, retia tendas

Ne fugiat, nervis quum timuere fauet.

C O E N A

Si vereare nigram bilem, sit captus anhelos
Esca cani, cordis sed prius ossa legas.

Illæ venenatum poterunt depellere virus.

Sic nihil est penitus quod sine laude voces.

Ad lectorem.

Longa tibi & forsitan lector mea cœna molesta,
Ne satur inde vomas, finis ubiq; mihi est.

Lepus.

Auriti leporis mihi pulpamenta reponas,

His meus abradi iam didicit stomachus.

Ignæ sunt, aluum durant, sed renibus arctas

Et femori norunt hæc referare vias

Iuppiter alme, datur lepori si sexus uterq;

Nec fera, nec malus est, omnibus esca placet.

Cuniculus.

Credideram leporem, sic forma simillima fallit,

Ambo superferant, dente vel aure pares.

Ambo timent, distant tamen, vda cuniculus affert

Fercula, viscosum semimitata gluten.

Hunc torre igne tamen, suffossa evertere castra,

Bethydis audebit, si modo credis, aquis.

Herinaceus.

Si tibi Echinus adest, stomachum fouet, ilia mollit

Humet, & vrinae membra relaxa tenet.

Febris in antiquæ cœna optatissimus, ægris

Antidotum nervis nobile salsus erit.

Scilicet hic mos est naturæ, excelsa recondit

Munera, dumosum tot bona tergus habet.

Glis.

Nil inuat umbrosi latitare cubilibus antri,
 Glis tibi, vita & mors hic tibi somnus erit:
 Nec pingui nocuisse malo. ingeniosa libido
 Interdicta gula, noxia quaeque vorat.
 Gallus, Capus, Gallina, Pullus.
 Iam vigil excubitor nos increpat, ocyus ito,
 Iam rubet orta dies, segnis inersque liber.
 Cedendum est, Lybici gallum timuere leones,
 Omen habet certis in fera bella notis.
 Ilia forte doles, & somnum fessulus oras?
 Incocti pingues sint tibi potus aquae.
 Prandia si dederit, Veneris documenta protervus
 Nesciat, hinc sicca est, & male grata caro.
 Sit puer, aut falso Cybeles pro nomine poenas
 Exigat, & posito sit tibi teste capus.
 Sic bene pinguis eris, sic iam dormire licebit,
 Et pariet rauca fercula plura gula.
 Huic gallina vices, vel si magis humida primas
 Nigra dabit, partus sit licet impatiens.
 Hi cerebrum, Veneremque fouent, minus ignea pullis
 Vis data, sub sicco sint mihi caena cane.
 Maxima testiculis positus, tibi gloria galle,
 Somno, aluo, Veneri gratus es & Cybeli.
 Anser, Anas.
 Anser, Anasque tibi sit plena domestica succo,
 Si validi es stomachi: rustica dura nimis.
 Anseribus magis ardet anas, praestantior alis
 e. j.

C OE NA

Est cibus, hæ profunt vocibus & Veneri.

Quisquis honoratum iecur ausus mandere primum,
Hic Messalina doctior arte gula.

Ibis, Ciconia, Grus.

Ibis in antiquos redeatq; Ciconia luxus,
Escâq; pygmeis Grus nocitura suis.

Anguibus & tunc sint perniciose vorago
Ventre, graves odi, quæ nocere dapes.

Sat medico latum est meriti, si mantica mollis
Intestina lauat, munus ab ibide habet.

Columbe cellares.

Cellaris mihi sint conuiuia prima columbæ,
Quum fugit hæc nidos ausa volare suos.

Tunc calidi humentisq; cibi est, facilisq; culinae,
Obtusi nimium prima cruoris erat.

Condiat hanc labrusca tamen dum Sirius ardet,
Et repleant calidos Acria poma vteros.

Parce Venus, tanti non sunt tua numina nulli
Docta nocere, sacras quod tueantur aues.

Columba Linia, Palumbes.

Aridior si te delectat forte columba

Linia, turrata quæ tibi ab arce cadit:

Non sapiat torquata minus mihi cara palumbes,
Si modo fert molles non diuturna dapes.

Ni stomacho ignito sint pulmentaria, nervis,
Poplitibusq; agris cum voluere fauent.

Has tere securo, nec sis trepidantior, ore.

Offendisse suam iam didicere Deam.

Phasianus.

Phasida iam vehat Argos auem, quassata retardat,
Debuerat primo discubuisse thoro.

Illā leuis stomacho est, suauēs imitata tepores:

Non volet in mensas rustica turba tuas.

Vix sicca est, volucrū primi huic debetur honores,

Nec male, cum fuerit regius antè puer.

Turtur.

Turtur honorabis domini conuiuia nostri:

Huic melius sapiēs posteriore cibo.

Siccescunt, sed calda magis tuā fercula prosunt

Sic domino, vt sapiens hinc magis esse queat.

O, bona anis, casta est, sanctæq; dicanda Mineræ;

Nos tamen in Venerem luxuriāmq; rapit.

Perdix.

Obsuit ingenium perdici, effrena libido

Pernecet, aucupium ni modo fallat anis.

Grata tepescenti, stomachum siccata liquore,

Cor, tumidumq; potest prima fouere iecur:

Si timet excessos cum sit leuis illa volatus,

Palladia cæsus seruat ab arce suos.

Pauo.

Cui bene seruata nocuit custodia vaccæ,

Ignea cui flamma est, cui caro lenta putret;

Qui licet obletetur, sitq; in regalibus ingens

Delicium, pigra nec leuis ille dapis:

Si tamen ante alios pavonem Hortensius edit;

Sic anis emeruit dira salaxq; venus.

e.ij.

C O E N A

Cothurnix.

Sint autumnales croceo tibi pabula lumbo,
 Siue cothurnices, siue vocas Qualeas.
 Sensibus hac mala sunt, tenebrisq; replentia fuscis,
 Ventri inuisa, malis febribus exitium.
 Si tamen vlla tuos circumuolitauerit orbes,
 Cæna tibi non sit, sed leue prandiolum.

Merulus, Turdus.

Si mihi pinguis erit Merulus, tua gloria cedit
 Turde, salutiferos vult mea mensa cibos.
 Igneus ardor inest maior tibi, sistitis ambo,
 Tu granior redolens ni tibi Bacca fauet.
 Si tamen aucupijs, laqueo vel rete latentì
 Falleris, inde mihi non minus ipse places.

Alauda.

Ignea si galeata mihi est præpinguis alauda,
 Sit breuior, ne sit cæna molesta mihi.
 Durior aluus erit, sed ius dabit ilia soluens,
 Sic male quod nocuit sponte innare solet.

Ficedula.

Si sapit, & calida arefcit Ficedula, queris
 Cur piper? vt melius si bibis, inde coquas.

Passer.

Ardet & est molli passer durissimus aluo.
 Si vis esse salax, hic cerebella dabit.
 Cur neget? huic subitam sunt adducentia mortem.
 I Vennis hinc, solas ni modo perdis aues.

Hirundo.

Defleat infandos ingrati coniugis ausus,
 Igniti & nocui cum sit hirundo cibi.
 Cur noceas? dulci modulamine se dat habendam.
 Thraicios fugiens, intrat amica lares.

Sturnus.

Sturne peregrinas mendices aridus vuas,
 Socratici cœna nolumus esse tua.

Aniculae.

Nunc video innumeras & circum rete volutas,
 Crediderim exustas esse volucriculas.
 Has coquus arte parat celebri condire, vocatus
 Sum Coque, iam venio, tardior olla tua est.

Testudo.

Indica quæ duro cornu Testudo rigescit,
 Si coquitur, posito tegmine mollis erit.
 Mansa Phthisin putrem soluit, tumidumq; lienem,
 Fitq; venenatis vermibus antidotum.
 Sensibus exhibita est pulmentum nobile, morbum
 Tollit & Herculeum, qui dolet ona bibat.
 Calda parum humescit, fluvios montesq; peragrat.
 An caro vel piscis sit petis? est media.

Piscis.

Fert aqueum & fluidum piscis tibi quisq; cruorem,
 Si sit gratus, aquis fluctuet equoreis.
 Littora saxosas vel si natet impiger vndas,
 Huic modo viscosa est ni pituita cape.
 Stans nocet, affatus pascit bene, tardior exit,
 e. iij.

Si minus elixo pasceris, inde cacas.
 Frigidulos angit nervos, languentibus agris,
 Et stomacho humenti, verticibusq; grauis.
 Gaudet ventre, gula & cernice, putrescere noruit
 Hec cito, languenti est vnica cauda cibus.
 Excipit hunc feruens dum retibus olla, vorato
 Protinus, hinc nosces q̄ Venus orta mari.
 Mensa Lupū, Rombūmq; voles, timidusq; rogatur.
 Mugil? adhuc medijs nat mea cymba vadis.
 Piscis salsus.
 Ignea vis salso est, qui non bene concoquit, illum
 Non edat, & Bacchus niq; sit apta Ceres.
 Ostrea, Concha.
 Humescent omnes concha, nimis Ostrea friget:
 His inflare, salax est tibi caussa Venus.
 Cancer, Gammarus.
 Octipes exoritur, gemino sed onustus a sella
 Cancer hydram mulcens, suppositamq; fouet.
 Hic mihi in Autumno pinguescens, Vere vel imo,
 Luna magis pleno si rubet orbe, sapit.
 Gammare fluminea poteris si vincere canda,
 Gravior equoreis sit mihi cancer aquis.
 Tabida pulmonis si putida membra peragrat,
 Cum stomacho extergit, sed premit ille meum.
 Siccior hinc venter durabitur, at dabit amplas
 Quum rubet accensus, renibus ille vias.
 Hic tantum Herculeo ne sit timet esca leoni,
 Nascitur extremo, commoriturq; pede.

Limax, Cochlea.

Frigida mucosum lentorem ponere Limax
 Munda valet, pluri ni Gula parcit aque.
 Hæc quodcumq; iecur, sed non quia frigida, curat:
 Illud ab innata dote superba potest.
 Huic grata est natura nimis, si lumina desunt,
 Tentat iter gemino cochlea corniculo.

Rana.

Ultima, sed nostros non accessura lebetes,
 Ni saliat, putris rana parabat iter,
 Nolumus, succi est pluuij & limosa maligni:
 Irata est, & adhuc rauca coaxat aquis.

Ad librum.

Ibis inepte liber, Ronchos & inania vulgi
 Tædia disce pati, non mea, culpa tua est.
 Et medici, & vates intra sua pulpita nugas
 Mille tuas, tacita non sine laude legent.
 Post tamen in triuijs damnabere, fabula fies
 Publica, sed moneo, tu modo disce pati.
 Hic tua ridebit medicamina, at ille pœsim,
 Alter erit vates, cui nec eris Medicus.
 Vade tamen, mitis domini tecta ampla subito,
 Huic satis & superest, si satis esse potes.

Ad eundem.

Roma tuum fratrem si forte libelle reposcat,
 Cui varia, & nouitas continuata placent:
 Dic, venit, ille herbas & subterranea fodit
 Fessulus, huic durum est, cum sit onustus iter.

e. iij.

COENAE RELIQUVM, AD
CONVIVAM.

Tædia si tarde forsan conuiuia culinae,
Vel quereris inunctas nõ simul ire dapes,
Turpe agis, apposito lentus discumbis in ostro:
Me Cilices vexant, Nilus & omnis Arabs.
Semianimis, montes & rura per ardua curro,
Hyblæi flores, me nemus omne rapit.
Mitius insurgas, tibi sic conuiuia profint,
Debita sitq; tibi Cæna perenne mea.

Cinnamomum.

Iam coquus exposcit redolentia Cinnama, sordent
Omnia, ni properas, nec sapit esca liber.
Hæc oculos stomachumq; acuit, tremulosq; lacertos
Sistunt, his sicca est nec pituita fluit.
Artubus hæc vires iam torpescētibus addunt.
Et iecur, & renes, putreq; pectus alunt.
Tædia vexata matricis, & ilia tollunt
Turgida, vesicæ prouida languidula.
Tot bona cum pariant, mentitus credidit aurum
Possè dare, hinc nimium Cinnama iactat Arabs.

Zinziber.

Ignitum capiti & pituita Zinziber ingens
Antidotum, frigent quum tua membra cape.
Huic tamen innatus, si non prius aruit humor
Vix satis esse potest igne tepente sibi.

Hoc oculis aufert tenebras, huic uuida debent

Omnia, ne putreant Zinziber edocuit.

Hoc odisse Venus potuit, sed maxima ventri est
Commoditas, siccat, nec minus ille cacat.

Piper.

Ardet & in nervos glutinatâq; phlegmata fertur

Sic piper, vt nullum siccet Aroma prius.

Excacuit stomachum, mollito ventre superbit:

Hoc caueas, feruet si tibi bile iecur.

Corporis huic minimi, numero laus damna repedit.

Plura, mouent aluum: meiere pauca iubent.

Crocum.

Fama vetus taceat, cedant pulmenta Luculli,

Cæna coronata est, plenior ista croco.

Hic Cilices redolent, ignita cacumina florum

Rubra ferunt cordi gaudia summa tuo.

Si mala sunt capiti, segnes ducentia somnos,

Illa decor, stomachus, tristeq; pectus amat.

Si bibit ista vorax poterit torpere palatum,

Ieiuna hæc verita est, sedula causa famis.

At ventrem oblectant, vuluam reserantq; tumētē:

Hæc ede, si risus expetis assiduos.

Nux Muscata.

India odoratas, & crasso rore rubentes

Cum tamen exurant, dat tibi larga nuces.

Hæ stomacho, iecori, vitiato spleni, & ocellis

Subueniunt, Bruma si modo læsa, dolent.

His bene olent, & vix contacta labella famefcunt,

Vesica his patula est, has fluida aluus amat.
Quàm malè nux dicta est, matronæ nobile munus?
Glans Muscata datur, cui malè vulua timet.

Gariophylsum.

Torrída si lucus Gariophyla donat, odores
Indicus vt tibi det, cur terit ista coquus?
Deiectum reparant stomachũ, his tenebrosa relucet
Lumina, calfaciunt cor, gelidumq; iecur.
Inde volens munus te nobile vincere, cedant
Luthea, & vnguiculis sint ea lecta tuis.

Cuminum.

Vilis & iniussi campestria grana Cuminũ
Vsta nimis, cultu mitia facta placent:
Hec ede, ventosi clamas si tormine ventris,
Et stomachum & lumbos igne minore iuuant.
Pallida cui grata effigies, & buxea cordi,
Hec simulata cohors religiosã voret.
Illa remollitum subducere docta lapillum,
Urina norunt, rumpere posse fores.
Si tineã erodat, vel ros tua corda nivalis,
Illa ede, rusticitas læsa, probanda venit.

Feniculum. $\mu\acute{o}\epsilon\epsilon\alpha\theta\epsilon\omicron\upsilon$.

Semina si chymo exurunt hortensia duro
Feniculi, & sicco non bene sana cibo,
Torrídiora time: syluestria, renibus ingens
Pharmacum, & vrinae nobile curriculum.
Durius è lumbis sunt comminuentia saxum.
Sint tumido hæc femori pabula fœmineo.

Ride infans, poterit reclusi munera lactis,
Si viride, hortense est, mox reuocare tibi.

Ride infans, molles, colubri experientia, ocellos
Sernari incolumes, hoc tibi posse, docet.

Subuersum & vento stomachū extendente tumētē
Equat, in antiquis febribus esca potens.

Semine si redaperta vigent membra omnia, lotē
Gloria radici non minor exhibita est.

Anisum. ἀνισον.

Pituitas Anisi grana exarentia pingues,
Igne pari Iliacum soluere crediderim.

Si stomachus, lumbi, gelidūmq; increuerit hepar,
Vesica intumeat, vulua, lien, femora,

Illa ede, & antiquo vel cor si caumate languet:
Praesenti dices, auxiliantur ope.

Laus numerosa quidē hec, minimi nec formula fallit:
Pectus, & hoc torpens guttur, & alius amant.

Coriandrum. κόριον.

Ne crasso noceant oculis Coriandra liquore,
Siccata huc veniant igne referta leni.

Hæc caput inuisa pressum caligine, mensis
Optat summotis, hæc fluida alius edat.

Dura parum, stomacho tamen optatissima nostro.
Hinc redolens, sicca est, nec putret assa caro.

Niliacis præstant si sint delecta sub hortis,
Plura odi, parca sunt mihi grata manu.

Sic mea demulcent ardentia corda, nec omnes
Nostra Venus numeros, perdet inepta suos.

Synapis. σίνηπι.

Vane olitor, lachrymas dabis, exarsura synapis
 Cura tibi est, miserum pœna sequetur opus.
 Phlegmata, mucosum vel si attenuata lienem,
 In caput & febres ingeniosa potest.
 Pellicere exanimem norit, si prouida vuluam,
 Soluat, & angustis imperet illa locis.
 Inq̄ venenatos fungos victura feratur,
 Dira prius lachrymis vult maduisse tuis.

Papauera. μάκωρες.

Lurida Niliacis nigra exiccata sub hortis
 Pessima, Lethæum quæ genuere opium.
 Candida sint profugos latura papauera somnos,
 Ni modo sint oculis noxia turgidulis,
 Lenimen querulæ tussis, sistencia fluxus
 Quosq̄, sed in calidis commodiora focis.
 Trita calescenti super inducenda podagra,
 Profunt, insipidæ nigula parcet aquæ.

Apium, σέλινον κηπαίον & Petroselinum.

Torrentis plures Apij seris inscie plantas
 Villice, petrosum vix mea mensa capit,
 Et nocuū hoc capiti, & stomacho minus vtile tardo,
 Lactuca extremo, si placet adde cibo.
 Cura caput nobis prior est, quæ phlegmata vexat,
 Splen, femur, aut renes, vel iecur illud edat.

Lactuca. θειδάξ.

Caumate in ardentis stomachi lactuca niuale
 Delicium, & somni dulcis alumna veni.

Si modo sit mundus cultor non lota placebis.

Et prima & grata est mensa secunda tua.

Gratior estivo es, dum Sirius aestuat orbe,

Sed valeas, si vult gaudia nostra Venus.

Caulis. κρόμη.

Iam veniat folio Chrysippica Brassica crispo,

Vel patulo & leni, vel glomerata comas.

Prima salutifera, & ventrem lenire parata,

Bullierit modico si tamen igne, placet.

Omnibus ardor inest, granior tumet esca secundis,

Ne capiti noceant vina superba, premunt.

Extumidam referant vesicam, & grumq; lienem,

Hepar & obstructum, fæmineumq; femur.

Arida Socraticam pareret ni brassica bilem,

Iure erat in morbis omnibus illa satis.

Beta. τεύτλον.

Beta mala est stomacho, viridis vel nigra, niuali

Rore caput mundat, naribus hausta tuum.

Compar eat Maluis, Clysteri immixta dolores,

Quos tibi mansa facit, perdere Beta potest.

Spinachia.

Si leuioris edas brumæ Spinachia, primùm

Eijce ius, succo & dilue amygdaleo.

Sic stomacho minus inuisa, & præcordia & aluum

Mulcet, clamosis commoda pleuriacis.

Endiua, & Cicorea.

Frigida campestris minus est, & amarior, hepar,

Intyba demulcens, bilis vtranq; timet.

COEN A

Menta. ἡδύσμη.

Nauseat ignitam, & bene olentem carpere mentā
 Vult stomachus, caput est triste; morare liber.
 Obstruit illa femur: Veneri tumefacta parumper
 Grata licet, sperma hinc, lacve coire nequit.

Ruta. ῥιγανον.

Singultus acidos, pellit gelidumq; lienem;
 Igne suo, umbrosis optima ruta oculis.
 Si femur hanc lasciuum odit, rabidumq; venenum,
 Discipit hanc nervus, Cœliacisq; dolens.

Capparis. κάπαρις.

Soluitur ardenti torpescens flore palatum
 Capparis & folio, cumq; liene iecur.

Borrago.

Si tibi Buglossa est succi & Borrago tepentis;
 Latus eris, siccum nec tibi pectus erit.

Melissa.

Cor mihi triste, gelu pectus, cerebrumq; rigescit,
 Singultit stomachus, grata Melissa veni:
 Per te hilaris, redolens, & mundi corporis, ancto
 Sumq; calore potens, gratia magna tibi.

Asparagus. ἀσπάραγος.

Quod liber Asparagos habeas vix igne tepentes,
 Quos tulit Adriacis cineta Rauenna vadis:
 Quodq; etiam incultis, durâq; à cote reuulsis,
 Qui magis exurant, plena culina tua est,
 Hoc tibi ab excesso est, non paruum munus Vbaldo:
 Cui datur immotæ gloria prima rotæ.

Quam bene consuluit nobis? tibi nomen ab illo
 Eternum, addicta est vita, salusq; mihi.
 Renibus hinc valeo, iecore, intumidoq; liene,
 Iliā, nec mundum tergo, vt antè, dolent.
 Si Venere hic crucior, supra hoc mihi mun' abūde est,
 Quod potuit salua religione dedit.

Amaracus.

Torrida si nervis, & Amaracus apta cerebro,
 Hanc sitiens semper, non minus optet hydrops,
 Urinæ & tumidis referat spiracula ventis,
 Hanc cui fit matrix agra, puella colat.

Ad cœnam.

Cœna licet violæ nec lilia nata culinae,
 Sunt tamen hæc mensæ cultus habenda meæ.
 Huc rosa purpureo veniat decorata rubore,
 Grata magis faciet fercula mixtus odor.

Serpyllum. ἔρπυλλον.

Menstrua serpyllum, vesicæ pondera, tabem
 Pectore ab infirmo subtrahit igne suo.

Mercurialis. λινοξωσις.

Usta parum vuluæ duròq; innoxia ventri,
 Fœmina seu mas sit, Mercurialis erit.
 Maxima Mercurio laus est, fœmella puellam,
 Mas puerum, Venus est quum sociata, dabit.

Salua.

Vix sicca est calido, stomachū & cerebella iuuabit,
 Certa salus tremulis salua poplitibus,
 Dentibus, urine reclusæ: menstrua ducens

C O E N A

Salvia, & in fluidis ventribus apta satis.

Artemisia. ἀρτεμισία.

Est calida, & capitis frigenti in tormine siccans,
Prouida Parthenidos cui modo nomen erat.

Regia iam facta est, menses renocatq; secundas
Fœmineas, vuluæ sedula in obsequijs.

Rosmarinus.

Dentibus, & gelido capiti, tumidisq; lacertis,
Et stomacho, ignita est Rosmaris aptus ope.

Bettonica.

Publica Bettonicæ qua nulla operosior herba est
Gloria, siccato grata tepore venit.

Cui dolet, aut luxum est corpus, cui vulnera mille,

Cui caput infirmum, cui iecur inualidum,

Cui stomachus, gelidusve lien, cui lumina languent,

Quiq; laceffit dentibus innigilat.

Cui serpens, rabidusve canis, vel dira venena

Officiunt, Podagra qui dolet, aut chyragra,

Deniq; cui tumida est vesica, & venter obesus,

Cui gelida est febris, cui pituita nocet.

Delectam aprico geminorum in colle sub ortu

Carpat, & hanc, saluus si velit esse, bibat.

Baticula. βατικουλα.

Sic capiti & stomacho Batis arida grata tepore,

Sine sit hortensis, sine marina tibi.

Sic iecur & lumbos vesicæ aptissima, mulcet,

Inter regales vt sit habenda dapes.

Dracunculus. δρακοντιλα.

Ne vereare, tuam si fortè dracunculus intret
 Stulte liber cœnam, fercula amata feret:
 Ignitum stomacho egroto allatura teporem,
 Vesicæ & lumbis non minus apta meis.

Prassium.

Torrida iam veniant & amari prassia succi,
 Splen tumet, & plenis renibus arcta via est.
 Phlegma iecur, pectusq; replet, renocanda puellis
 Menstrua sunt: hæc ne surda sit auris, amat.

Carduus hortensis. σκόλυμα.

Carduus hortensi cui spina est mollior arte,
 Cui calor est modicus, cui tumidusq; liquor,
 Et stomacho, & lumbis sapidus, si duxit olentem
 Urinam, os redolet, nec sapit ala caprum.

Hunc tibi ius præpingue coquat, præstâtior inde est,
 Ibit & in numeros sic Venus apta suos.

Absinthium. ἀψίνθιον.

Terribiles perdant siccata Absinthia succos,
 His furere in stomachum docta, caputq; meum:
 Ni tamen hinc noceant, suavi mihi grata tepore,
 Et stomacho, & tussis prouida poplitibus.
 Hæc iecoris reserant fibras, his renibus amplū est
 Curriculum, hinc siccus nec sitibundus hydrops:
 Et tineæ, & rabidi fugiant absinthia vermes,
 Tutari tunicas iam didicere meas.

Abrotanum. ἀβρότανον.

Abrotanum Siculis missum mihi nuper ab oris,
 Cui calida & sicci roris amarities,

f. j.

C O E N A

Antidotum est stomacho, & contusis nobile nervis,
Nunc valeo:obstrusum cui femur, illud edat.

Pimpinnella.

Vesicæ lapides si Pimpinnella remollit,
Ignita est, iecori sana, liénq; tibi.

Lupulus.

Si lupulum oblectant antra & nemorosa salicta,
Hoc facit, ingrato sit satis vt Medico.

Frigidus hinc, Bilem, calidumq; arcere cruorem,
Est potis, hunc calida, & febris anabela timet.

Gratia si magna est illi, tua noxia maior
Est Medice, hoc sanctum qui malè noris holus.

Portulaca. ἀνδ' ῥόζων.

Cui rubor est ardens, Dyssenteriaq; laborat,
Purpureus curæ, cui cruor est fluidus,
Cui nocuere ignes, frigentem hic Peplidis herbam
Deligat: hæc pluuio rore probanda venit.

Si sapis, illa tuas norit rarissima mensas,
Lumina cum stomacho contemerasse potest.

Flos Sabuci.

Flos venit hortensi candens ab olente Sabuco,
Hic odor, hic cibus est, mensa decórq; tibi.
Non leuis est stomacho, capiti sed amior, hepar
Hunc amat, & frigus lumbus, in obsonijs.

Anethum. ἀνυθον.

Ne tua odoratum conuiuia fallat Anethum,
Igne tuis nervis, torminibusq; potens.

Inuisum est, moneo, stomacho, nec parcat ocellis.

Ubera ab hoc pleni munera laetis habent.

Sium.

Cæna paludosis quod natum & crescat in undis,
Credideris gelido rore iuuare Sion.

Falleris, exustum est, vesicam & menstrua soluit,
Saxaq; de lumbis puluerulenta trahit.

Miraris? pluuio tantum hoc depascitur imbre.

Quicquid, ab æthereis, est potis, hausit aquis:

Tribulus.

Tribule in undosis si nate paludibus, alges,

Cur tamen iratæ cornua frontis habes?

Secretas tutamur opes, sub cortice dulcis

Esca latet, dulce hoc nec nisi ab igne datur:

Et mihi ab æthereo numerosa potentia rore,

Me maris & cæli pronida cura fouet.

Languentes vereor fauces, me mandere lumbus

Discupit, vrina huic quum nocuit ve lapis.

Ex me mica iuuat, granidas sed contrahit aluos:

Me miserum; mortis dos mea caussa mihi.

Eruca. ἔρῳρον.

Ignita in Venerem, lentos Eruca Priapos

Excitat, & tremulis optima poplitibus.

Cepa. κρόμμυρον.

Quid tibi cum Hippolyto, liber aduersate paternis

Admonitis semper? culpa luenda tibi est.

Crudele admissum hoc, & detestabile munus.

Væ misero, in lachrymas te rapit assiduas:

f. ij.

C O E N A

Cepa tibi est munus, caput inflatura lutoſo
 Igne & rore malo, iam ſp̄nere incipias.
 Si ſtomacho obſequitur, clamoræ aſſueſcere diſcant
 Ora ſiti, obtuſum hinc corruat ingenium.
 Veſica & Veneri ſi grata, Hamorrhoids inde
 Effluit, o, magni muneris Antidotum.
 I, ſine me in pœnas temerarie & improbe tantas,
 Quàm vellem horridior, q̄ rubra miſſa foret.
 At bene conſultum eſt vobis, tu ruſticus oras
 Munera: cepa datur, Saxens exhibitor.

Ad librum.

Sæpe liber quòd te alloquar admirabitur hoſpes,
 Dic, licuit, cœna hæc ne mea ſurda foret.

Allia. σκόροδα.

Si quod cœna ſapis, minimum eſt inſulſa quid optas
 Horrida cum exuſtis Allia verticibus?
 Hæc graue olent, capiti nec conuenientia ocellis,
 Pulmoni, & rauca ſint licet apta gula.
 Hæc vt noris edas, quantas prorumpet in iras
 Veſica, & venter deſiſtiturus onus.

Aſcalonia.

Cœna mihi ſcitè eſt actum, Aſcalonia tardè
 Ieiunis veniunt deſtituenda coquis.
 Illos calfaciant, hebeti repleantq; liquore,
 Utq; minus noceant, illa recocta vorent.

Porrum. πρῶσπον.

Tabida cui curæ pulmonis membra & anbelum
 Peſtus, enim porri torrida cœna vocet.

Cura mihi est stomachus, placidissima somnia, dētes,

Bis licet elixum, non tamen illud edam.

Hoc colat ingrata cui fœmina cura colende,

Quiq̃ nec astrictis renibus esse velit.

Munera non tanti Veneris pensantur, vt alio

Postposita, irati tormina ventris amem.

Raphanus, ῥαφάνης. & Armoracia.

Hinc eat, aut Raphanus postremo accūbat in orbe,

Mensa magis sapida si sit onusta dape.

In caput & dentes, limosq̃ igne in ocellos

Sevit, & hinc stomachus nauseat assidue.

Morchio eum colat, & fungi cui cura Nicander,

Quæq̃ amat eternas fœmina pulchra comas.

Inula. ἐλίγιον.

Fervida contusis superinducenda lacertis

Est Inula in gelidis sedula torminibus.

Pectora, cor, lumbosq̃ fouet, si mansa cerebro

Est gravis, vrinam non male grata ciet.

Rapa, ῥαγγύλη. Napi, βουναίος.

Sunt calida & rigido gaudentia frigore Rapa,

Humidus hinc illis turgidulusq̃ liquor.

Gloria Nursinis, sitientes cedite Napi,

Educet ipse licet vos Amiternus ager.

Cum sapiant Veneri magis, hæc si crassa & obesa,

Cæna ea postremo lenta sub orbe ferat.

Pastinaca, Staphilinus.

Si venit humescens culto Staphilinus ab horto,

Feruenti & sapido plena rubore sapit.

f. iij.

Ista licet stomachum vel bis decocta laceffat,
 Et coitum inflato rore superba ciat.
 Si coquus & pipere & melliti munere mulli
 Condiat, & stomacho grata erit, & Veneri.
 Candida nec montana placet: cui lumbus & arctii
 Est femur, errantem cum magis vrat, edat.
 Tubera.

Terrea fert aquaeq; madentia tubera rore
 Alba, famescentes sint nigra vestra coqui.
 Ultima sint nostrae post pulmentaria caena,
 Mixta sit in nostris vt Venus ipsa iocis.
 Si turgent, equum est: ventosa tonitrua & imbres
 Haec genuere: piper, chiaq; vina bibam.
 Sic faciles stomacho sunt adducentia chymos,
 Nec vesica tumet, nec dolet Iliacus.
 Cui caput obtusum, & triste est, mollesq; lacerti,
 Exeat, his tantum tubera caena negat.

Ad Cœnam.

Plura holera, & plures fructus, non omnia ferre,
 Et pluri poteras esse referta dape.
 Cœna satis sunt haec, modò sint condita, vorator
 Querat in externis turgidus esse Thoris.

De Repletione.

Scinditur extumidum corpus, conuina vorator
 Desine iam, in patinis cura diurna tibi est.
 Crapula & ingluuies tibi mors erit, ilia, venter,
 Et iecur, & renes, splénq; caputq; dolent.
 Si vix inspiras, si te vexante podagra,

Et cbiragra exclamas, culpa miselle tua est.
 Desine iam, extremo famis aduersate furori.
 Dedecet & nocuum est, cedere velle gulae.

De Quiete.

Si quando est optanda quies gratissima nautis,
 Quum male disiecti succubnere nothis,
 Illa velim fessis consumpta aptissima cœna
 Conuiuis veniat, grata futura, meis.
 Et nos vela damus, rapiunt iam lintea serui,
 Mergimur, & pleno nos ferit vnda lacu,
 Brachia iactantur nobis, consedimus omnes,
 Quisq; suis transtris, Cuppa calixq; tonant,
 Bacchantum insurgit clamorq; creberq; tumultus,
 Cura salus cuiq; est, hic sibi quisq; vacat.
 Tiphys ibi, hic vigil est picerna, hos increpat, auras,
 Inuigilate viri, mota flabella cient.
 Intentus conuina vorat, quassatus amicos.
 Nauta cupit portus, ocia pastus amat.
 Utq; nisi empta quies, lacerum nõ naufragus optat
 Remigium, vt dubias nauta retentet aquas:
 Sic conuina satur: cibus huic nec crastinus aptus,
 Debita ni hesternum est concomitata quies.

De Accidentibus Animi.

Si decet & sancti rationem admittitis equi,
 Sancta manent animos gaudia leta suos.
 Iam satur est venter, tumet hic, iacet ille supinus,
 Iam properent risus, ira, timorq; abeant.
 Nodose rerum caussa, & sublimia cedant
 f.iiij.

C O E N A

Natura ingenia: hæc non capit iste locus.
 Sensibus addicta est nunc mens, sub sensibus extant
 Deliciae, gaudent corda, iocosiq; parant.
 Gaudia sectentur risus, dulcesq; cachinni,
 Lusur, firma fides, spesq; iocisq; salax.
 Latitia & risus reparant me, gaudia servant
 Incolumem, exanimant ira, metusq; graues.
 Ridendum est bilares conuiuæ: amentia magna est,
 Si finimus celeres accelerare rogos.

De Somno.

Deficiunt vigiles sensus, hebetantur ocelli,
 Tertia iam absumpto præterit hora cibo.
 Cacuba præcipiunt somnos, caput annuit, ite
 Conuiuq; in solitos currite quisq; thoros.
 Natura hic bene feruet opus, bene cõcoquet hepar,
 Venter, & amplexu nobiliore cibum.
 Lethæa est resupina quies, hinc omnia passent
 Membra, iecur, ren, nerui, ora, caput, stomachus.
 Pronus quisq; cubet, dextra vel parte recumbat,
 Mox leui lateris commoda somnus amat.
 Somne nihil sine te bene possumus, optime somne,
 Blanda agris animis, corporibusq; quies.

De Vigilia.

Surgite, ab oceano rapidus iam surgit heous:
 Auroræ roseum iam in bar ecce rubet.
 Iam vigilate graues somno, vinoq; sepulti.
 Septena in somnos est satis hora meos.
 Longior obtundit cerebrum, torpedine sensus

Afficit, exacuet quem vigilata dies.
 Sic calor internus renirefcit, & aptius omni
 Sorditie eieâta, membra vigore fouet.
 Luce vigent operose artes, it miles in arma
 Luce, gemunt fessi sub iuga luce boves.
 Delia non noctu venatur, nocte quiescunt
 Pulpita, sed luce est doâta Minerva vigil.
 Luce minax Pallas. vigilata quot bona Lucis?
 Corpora, Dij, sensus, ingenium, Arsq; vigent.

De inanitione.

Nunc vigiles socij ventres referemus auaros,
 Pérq; suos ductus iam refecata fluant.
 Effluere illa petunt, neruus ni turgeat eger,
 Ne putreant chymi, langueat & stomachus.
 Hinc caput, & lesi renes, hinc febris anghela,
 Hinc laterum dolor est, hinc calor emoritur.
 Mox famis assuetus feruor cum venerit, ite
 Hospitem ad extremum, clausa culina mea est.
 Nec stomachum finite, admoneo, feruescere inanem,
 Bilis & ignita hinc febris obesse solet.
 Sic malè sana egrum vexant ieiunia corpus
 Languidius pleno, quod velit esse cibo.

De Coitu.

Maxima iam veniant Erycina gaudia, proles
 Expectata diu est, huc Hymenæe veni.
 Te sine vana hominum spes omnis, gaudeat heres
 Quum Veneri annueris, tu modo blanda veni.
 Per te nostra decens, & casta, & sancta voluptas,

Sernor & incolumis, si modò parca Venus.
 Renibus extumidis hinc cura est, ira, furorqz,
 Et metus omnis abest, hinc vigil audet amans.
 Hic validū est corpus, crescit calor intimus, hic cor,
 Sydereūmqz caput, si modò parca Venus.
 Hinc stomacho empta fames, pulsa caligine sensus
 Hinc valet, hinc bilis fœda perire solet.
 Deliciæ hinc dulces, hinc est amor ille proteruus,
 Hinc Veneris puer est, tamqz cupitus amor.
 Sis modo castus amor, Claudi si liquerit antrum
 Mater, & est Marti dedita, culpa tua est.
 Si lacer Hippolytus moritur, si proditur ingens
 Ilium, & infausto sanguine mora rubent,
 Si puer Idæus summo sit cura parenti,
 Credidit hinc nocuos cum minus esse thoros:
 Culpa tua est, fallit tua non satiata libido,
 Pallet, & hinc moritur ni bene cautus amans.
 Euolat exanguis subitus calor, ora, palatum,
 Et male olet stomachus, nec satis inde coquit.
 Perditur, & misero nihil est quod proffit, abito
 Improbe. velle mori, non amor, imò furor.

De Balneo.

Balnea ni corpus mundum est, haud intret obesum.
 Et tumidum fieri, si tibi forte velis.
 Si modò sint munda, & lymphæ tibi suave tepentis
 Vtilia, in laxis noxia poplitibus.
 Si gelida ingrederis, calor hinc internus abundat,
 Musculus obdurat, nec tibi Nerue nocet.

Sulphureum aut salsum si sit tibi fortè, vel ære,
 Aut cinere, aut ferro concomitante, caue.
 Consule prudentem medicæ prius artis alumnum.
 Et prodesse potest, & nocuisse solet.

De frictione.

Si rogitas citius pinguescere Lote, sequatur
 Balnea, sitq; leui frictio facta manu,
 Sensibus illa fauet, calor hinc viget omnis, aluntur
 Effæta hinc melius membra, caputq; valet.
 Quid non humanum ingenium sapit? ægra moueri
 Corpora quum nequeunt, frictio prompta subest.

De Aëre.

Corpora iam in motus properant, purissimus aër
 Queritur, hic venti nec malus erret odor.
 Lucidus exortum ad Solem gratissimus. absint
 Stagna, putresq; lacus, & malè quicquid olet.
 Si Ioue vel tardo gelidus sit forsitan orbe,
 Grator est, nostra hinc membra, calorq; valent.
 Si Venere aut Marte incaleat, lacera inde peribunt
 Assiduè humanis pabula corporibus.
 Undiq; diripimur, si spirant corda, subintrat,
 Hoc sine nil miseri corporis ora vorant.
 Quas dabimus grates Aër tibi pessime? per te
 Vivimus & morimur, gratia nulla tua est.

De Motu.

Protinus assiduos ni fortè requiritis haustus,
 Pharmaca, vel pilule nobilis antidotum,

COENA BAPT. FIERAE.

Surgite iam lenti conuinae, corpora torpent
Vestra, petunt motus tempora certa suos.
Reliquiae saturo resecata à ventre supersunt,
Sedulus has soluet, quum labor auctus erit.
Hic saliat, faciles alius decantet amores,
Cursitet iste, leues torqueat ille pilas,
Quadrupedi insideat spectabilis ille feroci,
Iste leues cernos, ille sequatur apros.
Sic agite in valido dum crescunt pectore vires,
Nec finite à fesso vt corpore sudor eat.
Naturæ hinc calor innigilat, bene concoquit, omnes
Effugiunt sordes, & famis ardor adest.
Segnities, torporq; abeunt, medicina valebit,
Nominis est solo, non mihi grata sono.

Ad Librum.

Quòd Venerem Geniùmque colas, Cererisque fre-
quentes
Sacra, putas forsàn vinere posse liber.
Falleris, & fugiet ratio te vana, proterna est,
Et Venus hæc nouit perdere, & ingluuias.

F I N I S.

STRABI GALLI POE-
TAE, AD GRIMALDVM AB-
batem, Hortulus amœnissimus.

P R A E F A T I O.



Lurima tràquille cū sint insignia vite,
 Nō minimum est, si quis Pestana dedi-
 tus arti,

Nouerit obscœni curas tractare Priapi.

Ruris enim quæcunq; datur possessio, sen sit
 Putris harenoso quâ torpet glareâ tractu,
 Sen pingui molita graues vlgine factus,
 Collibus erectis altè sita, sine iacenti
 Planitie, facilis cliuo, sen vallibus horrens,
 Non negat ingenuos olerum progignere fructus,
 Si modò non tua cura graui compressa veterno,
 Multiplices olitoris opes contemnere stultis
 Ausibus assuescit, callosasq; ere diurno
 Detretrat fuscare manus, & stercora plenis
 Vitat in arenti disponere puluere quallis.
 Hæc non sola mihi patefecit opinio fame
 Vulgaris, quæsita libris nec lectio priscis,
 Sed labor & studium, quibus otia longa dierum
 Postposui, expertum rebus docuere probatis.

Culturæ exordium.

Bruma senectutis vernacula, totius anni
 Venter, & ampliflui consumptrix sena laboris,
 Veris vbi aduentu terrarum pulsa sub imas

H O R T V L V S

Delituit latebras, vestigiâq; horrida auaræ
 Ver hyemis reduci rerum delere pararet
 Stématique, & antiquo languentia rura nitore
 Reddere: ver orbis primum caput & decus anni:
 Purior aura diem cum iam referare serenum
 Inciperet, zephyrôsq; herbæ, florésq; sequenti,
 Tenuia porrigerent radicis acumina, cæco
 Teستا diu gremio, canâsq; exosa pruinas:
 Cum sylvæ folijs, montes quoq; gramine pingui,
 Pratâq; conspicuis vernarent læta viretis,
 Atriolum, quod pro foribus mihi parua patenti
 Area vestibulo solis conuertit ad ortum,
 Vrtica implerunt, campiq; per æquora parui
 Illita feruenti creuerunt tela veneno.
 Quid facerem? tam spissus erat radicibus infra
 Ordo catenatis, virides vt texere lentis
 Viminibus crates stabuli solet arte magister.
 Vngula cornipedum (si quando humore nocetur
 Collecto) putres imitatur marcida fungos.
 Ergo moras rumpens, Saturni dente, latentes
 Aggredior glebas, torpentiâq; arua, reuulsis
 Sponte renascentum complexibus vrticarum,
 Erigo, & vmbriolis habitata cubilia talpis
 Diruo, lumbricos reuocans in luminis oras.
 Inde Noti coquitur flabris solisq; calore
 Areola, & signis ne diffuset obsita quadris,
 Altius à plano modicum resupina leuatur,
 Tota minutatim rastriâ contunditur vncis,

Et pinguis fermenta fimi super insinuatur.
 Seminibus quædam tentamus oluscula, quædam
 Stirpibus antiquis prisca reuocare inuenta.
 Deniq; vernali interdum conspergitur imbree
 Parua seges, tenuesq; fonet præblanda vicissim
 Luna comas. rursus si quando sicca negabant
 Tempora roris opem, cultura impulsus amore
 (Quippe siti metuens graciles torpescere fibras)
 Flumina pura cadis inferre capacibus, acri
 Curavi studio, & proprijs infundere palmis
 Guttatim, ne fors velocior impetus vndas
 Ingereret nimias, & semina iacta moueret.
 Nec mora germinibus vestitur tota tenellis
 Areola, & quanquam illius pars ista sub alto
 Arescat tecto, pluuiarum & muneris expers
 Squalleat aërei, pars illa perennibus umbris
 Diffugiat solem, pars hæc, quia celsior, ignei
 Syderis accessum lateris negat obice duri,
 Non tamen vlla sibi fuerant quæ credita pridem,
 Spe sine crementi pigro sub cespite clausit.
 Quin potius quæ sicca foret, translata sub ætatis
 Suscepit scrobibus, rediuiuo plena virore
 Restituit, reparans numerofo semina fructu.
 Nunc opus ingenijs, docili nunc pectore & ore,
 Nomina quo possim virésq; attingere tanta
 Messis, vt ingenti res parua ornentur honore.

Salua.

Prima elesi phacus præfulget honore locorum,

HORTVLVS

Dulcis odore, grauis virtute, atq; vtilis haustu.
 Pluribus hæc hominum morbis prodesse reperta,
 Perpetuò viridi meruit gaudere iuuenta.
 Sed tolerat civile malum, nam seua parentem
 Progenies florum, fuerit ni dempta, perurit,
 Et facit antiquos defungier inuida ramos.

Ruta.

Hoc nemus vmbriferum pingit viridissima rute
 Syluula ceruleæ, folijs quæ prædita paruis
 Umbellas iaculata breues, spiramina venti,
 Et radios Phœbi, caules transmittit ad imos,
 Attactûq; graues leni dispergit odores.
 Hæc cum multiplici vigeat virtute medele,
 Dicitur occultis adprimè obstare venenis,
 Toxicâq; inuasis incommoda pellere fibris.

Abrotanum.

Nec minus abrotani promptum est mirariet altè
 Pubentis frutices, & quas inspicat aristas
 Ramorum vbertas, tennes imitata capillos.
 Huius odoratum lento cum vimine crinem
 Pæonijs carptum prodest miscere medelis.
 Febribus obstat enim, telum fugat, adiuvat artus,
 Quos incerta premit furtiue iniuria guttæ.
 Præterea tot habet vires, quot fila comarum.

Cucurbita.

Haud secus altipetax, semente cucurbita vilis
 Assurgens, parmis foliorum suscitât vmbas
 Ingentes, crebrisq; iacit retinacula ramis

Ac velut vlmū hedera implicuit, cū frondibus altā
 Ruris abusq; sinu toti sua brachia circum
 Laxa dedit ligno, summūmq; secuta cacumen
 Corticis occuluit viridi tutamine rugas,
 Aut arbutium vitis genus, arbore cum se
 Explicuit quavis, ramorūmq; alta corymbis
 Vestijt, & propria sursum se sponte lenavit.
 Visitur ergo rubens aliena in sede racemus
 Dependere, premit tabulata virentia Bacchus,
 Pampinus & frondes discernit latior altas.
 Sic mea sic fragili de stirpe cucurbita surgens
 Diligit appositas sua sustentacula furcas,
 Atq; amplexa suas vncis tenet vnguibus alnos.
 Ne vero insano diuelli turbine possit,
 Quot generat nodos, tot iam retinacula trudit.
 Et quoniam duplicem producunt singula funem,
 Vndiq; fulturam dextra leuāq; prehendunt.
 Et velut in fusum nentes cum pensa puella
 Mollia traiciunt, spirisq; ingentibus omnem
 Filorum seriem pulchros metantur in orbes,
 Sic vagas tortilibus stringunt amenta cathenis
 Sclarum, teretes inuoluuntq; illico virgas,
 Viribus & discunt alienis, tecta canarum
 Ardua porticuum volucris superare natatu.
 Iam quis poma queat ramis pendentia passim
 Mirari digna? quæ non minus vndiq; certis
 Sunt formata vijs, quàm si tornatile lignum
 Inspicias, medio rasum, quod nymphære constat.

H O R T V L V S

Illa quidem gracili primùm demissa flagello
 Oblongo, tenuiq; ferunt ingentia collo
 Corpora, tum vastum laxatur in ilia pondus.
 Totum venter habet, totum aluus, & intus aluntur
 Multa cauernoso seiunctim carcere grana:
 Quæ tibi consimilem possunt promittere messem.
 Iphis quinetiam teneri sub tempore fructus
 Antè humor quàm clausa latens per viscera sero
 Autumni aduentu rarescat, & arida circum
 Restiterit cutis, inter opes transire ciborum
 Sæpe videmus, & ardenti sartagine pinguem
 Combibere aruinam, & placidum segmenta saporem
 Ebria multoties mensis præstare secundis.
 Si verò æstiuû sinitur spiramina solis
 Cum genitrice pati, & matura falce recidi:
 Idem fœtus in assiduos formarier vsus
 Vasorum poterit, vasto dum viscera, ventre
 Egerimus, facili radentes ilia torno.
 Nonnunquam hac ingens sextarius abditur aluo,
 Clauditur aut potior mensuræ portio plene
 Amphora, quæ piceo linitur dum glutine, seruat
 Incorrupta diu generosi dona Lyæi.

Pepones.

Hoc simul in spatio, campis quo figitur imis
 Hæc tam læta seges, vili quam carmine pinxi,
 Visitur alterius vitis genus acre, per æquor
 Serpere puluerem, & fructus nutrire rotundos
 Pomorum. hæc species terræ super arida vulgo

Tectā iacens, crementa capit pulcherrima, donec
 Solibus æstivis flavos intincta colores
 Messoris calathos matura fruge replet.
 Tum videas alijs oblongo stemmate ventrem
 Demissum, nucis aut oui versatilis instar:
 Vel qualis manibus quondam suspensa supinis
 Lucet, agens circum lomenti bulla salinam
 Antè recens maceratur aquis, quàm spuma refusis
 Dum lentescit adhuc digitis luctantibus, & se
 Alternis vicibus, studioq; fricantibus vno
 Inter utramq; manum, paruo fit paruus hiatus
 Exitus, huc stricto lenis meat ore Nothi vis,
 Distenditq; cauum vitrea sub imagine pondus,
 Et centrum medio confingit labile fundo,
 Undiq; conveniat camuri quo inflexio tecti.
 Ergo calybs huius penetrat dum viscera pomi,
 Elicit humoris largos cum semine rinos
 Multiplici, tum deinde cauum per plurima tergus
 Frusta manu spargens hortorum lætus opimas
 Delicias conuina capit, candorq; saporq;
 Oblectant fauces, nec duros illa molares
 Esca stupere facit, facili sed mansa voratu
 Vi naturali frigus per viscera nutrit.

Absinthium.

Proximus absinthi frutices locus erigit acris
 Herbarum matrem simulantes vimine lento.
 In folijs color est alius, ramisq; odor alter
 Puberibus, longeq; saporis amarior haustus.

g. ij.

HORTVLVS

Feruentem domuisse sitim, depellere febres
 Hoc solet auxilium clara virtute probatum.
 Si tibi præterea caput acri forte dolore
 Pulssetur subito, vel si vertigo fatiget,
 Huius opem rimare, coquens frondentis amaram
 Absinthii syluam, tum iura lebetes capaci
 Effunde, & capitis perfunde cacumina summi.
 Quo postquam ablueris graciles humore capillos,
 Deinctas frondes superimposuisse memento.
 Tum mollis lotos constringat fascia crines,
 Et post non multas elapsi temporis horas,
 Hoc inter reliquas eius mirabere vires.

Marrubium.

Quid referam iuxta positi, nimirumq; potentis
 Marrubij non vile genus, licet acrius ora
 Mordeat, & longè gustum disiungat odore.
 Dulce enim olet, non dulce sapit, sed pectoris ægros
 Comprimit angores, tristi dum sumitur haustu,
 Præcipue talis caleat si potus ab igni,
 Et cœnam cyathis cogatur claudere crebris.
 Si quando infense quesita venena nouerca
 Potibus immiscent, da pibûsve aconita dolosis
 Tristia confundunt, extemplo sumpta salubris
 Potio marrubij, suspecta pericula pressat.

Fœniculum.

Nec marathri taceatur honor, quod stipite forti
 Tollitur, & latè ramorum brachia tendit,
 Dulce satis gustu, dulcem satis addit odorem.

Hoc oculis quos umbra premit prodesse loquuntur.

Huius item semen, facta cum lacte capelle
 Assumptum, ventris fertur mollire tumorem,
 Cunctantisq; moras dissolvere protinus alui.
 Præterea radix marathri commixta liquori
 Lenæo, tussim percepta repellit anhelam.

Gladiola.

Te neq; transierim Latia cui libera lingua
 Nomine de gladij, nomen facundia fingit.
 Tu mihi purpurei progignis floris honorem,
 Prima æstate gerens viola incunda Nigella
 Munera, vel qualis mensa sub Apollinis alta
 Inuestis pueri pro morte recens Hyacinthus
 Exijt, & regis signavit vertice nomen.

Radicis ramenta tuæ siccata fluenti
 Diluimus contusa mero, seuumq; dolorem
 Vesicæ premimus tali, non secius, arte.
 Pignore fullo tuo, lini candentia texta
 Efficit ut rigeant, dulcēsq; imitentur odores.

Libysticum.

Inter odoratam memorare Libystica syluam
 Fortia, suadet amor parui diffusior horti.
 Hoc germen succo quamuis & odore, gemellis
 Orbibus officere, & tenebras inferre putetur,
 Semina sæpe tamen quesitis addere curis
 Parua solent, famamq; aliena laude mereri.

Cerfolium.

Quæ tot bellorum, tot famosissima rerum

g. iij.

HORTVLVS

Maguarum monumenta, sacro pia conficis ore
 Exiles Erato non dedignare meorum
 Diuitias olerum versu perstringere mecum.
 Infirmis diuisa licet Macedonia ramis
 Spargitur, & crebris ignobile semen aristis
 Sufficit, illa tamen toto reparabilis anno
 Pauperiem largo solatur munere plebis
 Indignæ, nec non restringere sanguinis vndas
 Corpore diffusas, facili solet obuia gustu.
 Illa quoq; infesto venter dum forte dolore
 Turbatur fomenta super non irrita ducit,
 Puleium sibi met frondēsq; papaueris addens.

Lilium, Κεῖνον.

Lilia quo versu candentia, carmine quove
 Ieiunæ macies satis efferat arida musæ?
 Quorum candor habet niuei simulachra nitoris,
 Dulcis odor, syluas imitatur flore Sabæas.
 Non Parius candore lapis, non Nardus odore
 Lilia nostra premit, nec non si perfidus anguis
 Ingenitis collecta dolis serit ore venena
 Pestifero, cacum per vulnus ad intima mortem
 Corde feram mittens. pistillo lilia præstat
 Commacerare grani, succosq; haurire falerno.
 Si quod contusum est summo liuentis in ore,
 Ponatur punctim, tum iam dinoscere vires
 Magnificas, huiusce datur medicaminis vltro.
 Hæc etiam laxis prodest contusio membris.

Papauer.

Et cereale quidem nugarum in parte papauer
 Hac memorare placet, quod raptæ mæsta puella
 Mater vt immensis optata obliuio mentem
 Exuerent curis fertur Latona vorasse.
 Hoc simul auxilio carbunculus ater ab imo
 Pectore qui ructus nimium conuoluit amarus
 Oris adusq; fores, reprimi per sepe videtur.
 Huius ad alta caput, granorum semine foetum
 Protento fragiliq; solet se tollere collo.
 Inq; modum mali, regio cui punica nomen
 Indidit, vnus patulo sub pellis amictu
 Grana celebrandæ virtutis plurima claudit,
 Déq; sono mandentis habet formabile nomen.

Sclarea.

Hic umbrosa nonos inter Sclarea virores,
 Stipite preualido assurgens, ramosq; comasq;
 Altius extollit: quæ quamuis rarius vlli
 Quæsitæ auxilio, medicorum pene putetur
 Effugisse manus, dulci tamen indita caldæ
 Et vires & odorati fermenta saporis
 Prestat, eam inxta hortensis non extima costi
 Sylua latet: stomachiq; moras ventremq; salubri
 Pronocat auxilio, radicis munere coctæ.

Menta.

Nec mihi defuerit vulgaris copia mentæ
 Multa per & genera & species diuersa coloresq;
 Et vires. huius quoddam genus vtile vocem

g. iiii.

HORTVLVS

Raucifonam claro rursus redhibere canori
 Posse putant, eius succos si fauce vorarit
 Ieiuna, quem crebra premens raucedo fatigat.
 Est aliud præpingue genus huiusce fruteti,
 Quod iam non parui diffundat germinis umbras
 Celsa ebuli sed more petens, à stipite forti
 Vndiq; maiores foliorum prorogat alas.
 Quæ odor alter inest pauloq; immitior haustus.
 Sed si quis vires, species, & nomina mentæ
 Ad plenum memorare potest, sciat ille necesse est
 Aut quot Erythrao volitent in gurgite pisces,
 Lemnius aut altum quot in aëra Mulciber ire
 Scintillas vastis videat fornacibus & tna.

Puleium.

Non patitur cunctas angustia carminis huius
 Pulei virtutes celeri comprehendere versu.
 Hoc apud Indorum tanti constare peritos
 Fertur, apud Gallos quanti valet Indica nigri
 Congeries piperis. quis iam dubitare sinetur,
 Hac herba plures leniri posse labores,
 Quam pretijs inbianter emit ditissima tantis
 Gens hebenoq; auróq; fluens, & mira volenti
 Queq; ferens mundo? ò magni laudanda Tonantis
 Virtus & ratio, nulli s que munera terris
 Larga suæ non pandit opis. quæ rara sub isto
 Axe videre soles, alijs in partibus horum
 Copia tanta iacet, quantam vilissima tecum
 Efficiunt. rursus quedam quæ spreta videntur

Forte tibi, magno mercantur ditia regna,
 Altera vt alterius potiatur sc̄nore tellus,
 Orbis & in toto per partes vna domus sit.
 Puleium quàm decoctum curabit amice
 Et potu & fotu stomachum mihi crede, morantē.
 Dum canimus quæ certa graui ratione tenemus,
 Quædam audita etiam vero miscere cothurno
 Fas vsusq; sinit. ramum coniungito pulei
 Auriculæ, ne forte caput turbauerit æstus
 Solis, in aërio si te perflarit aperto.
 Quòd nisi me currens deponere vela Thalia
 Cogeret, ac tandem portus intrare moneret,
 Hinc tibi multiplices poteram decerpere flores.

Apium.

Quamuis in nostris apium vilesceret hortis,
 Et solido id multi prodesse sapore notarent,
 Plura tamen proprijs medicamina viribus, acri
 Exhibet auxilio, cuius si trita capessas
 Semina, torquentes vrinae frangere tricas
 Dicitur, ipsum etiam tenero cum germine mansum
 Concoquit, errantes stomachi penetralibus escas
 Corporis hunc regem turbans si nausea vexet,
 Mox apium lymphæ tristi bibatur aceto,
 Passio tum celeri cedit deniçta medela.

Betonica.

Montibus & syluis pratis, & vallibus imis
 Betonice pretiosa licet collectio cunctis
 Pene locis superet passim, tamen hanc quoq; noster

HORTVLVS

Hortus habet, cultaq; docet mansuescere terra.
 Hæc tantum meruit generali nomine laudis,
 Ut si quid mea musa velit superaddere, tandem
 Mole operis denicta sui, iam sentiat, illa
 Utilitate minus quicquid deprompserit esse.
 Hanc viridem si forte tuos coneris in vsus
 Carpere, siccata mve hyemi deponere pigra,
 Turbida sine tuas oblectant pocula fauces,
 Seu potius longo tibi defecata labore
 Dona placent, huius virtus mirabilis herbe
 Omnia sufficiet, quam quosdam pendere tanti
 Nonimus, vt contra, totum si iniuria corpus
 Impetit interius, muniri viribus eius
 Sese posse, rati, soleant haurire diebus
 Continuis, hoc acre genus medicaminis almi.
 Præterea caput infesto si vulnere fractum
 Tabnerit, tum crebra terens imposito sacre
 Tegmina betonica, statim mirabere vires
 Illius, in solidum fuerit dum clausa cicatrix

Agrimonia.

Hic quoq; Sarcocola, campos quæ plurima passim
 Vestit, & effœtis sylvarum inuenta sub vmbis
 Nascitur, ordinibus facile est discernere pulchris.
 Hæc præter varium latæ virtutis honorem,
 Trita domat ventris prædirum & pota dolorem.
 Si quæ forte calybs infensus vulnera membris
 Indiderit nostris, huius tentare iubemur
 Auxilium, partiq; imponere tonsa patienti

Germina, maturum nacturi hac arte vigorem,
Si tamen addatur mordens cataplasmati acetum.

Ambrosia. ἀμβροσία.

Haud procul, Ambrosiã vulgo quã dicere mos est,
Erigitur, laudata quidem, sed an ista sit illa
Cuius in antiquis creberrima mentio libris
Fit, dubium est multis: Medici tamen arte suapte
Hanc utcunq; colunt, tantũ quæ sanguinis hausta
Absumit, quantum potus ingesserit alio.

Nepeta. καλαμίνθη.

Herbarum in numero, quas hortulus ille recentĩ
Semper prole creat, nepete non segnior exit
Surculus, vrticam folijs simulantibus, alto
Vertice pergratum latè largitus odorem.
Hæc varijs olim morborum accommoda curis,
Non extrema alias inter decernitur herbas.
Huius enim succus, roseo commixtus oliuo,
Efficit vnguentum, læsæ quod vulnera carnis,
Atq; cicatricum deformia signa novarum
Possè abolere aiunt, prisco reparare nitore,
Et renocare pilos plagæ quos sorte recentis
Pestis hiulca tulit, sanie taboq; peresos.

Raphanus. ῥαφάνις.

Hinc raphanum radice potens, latóq; comarum
Tegmine sublatum, extremus facit ordo videri.
Cuius amara satis, quatienti viscera tussim,
Mansa premit radix, triti quoq; seminis haustus
Eiusdem, vitio pestis per sepe medetur.

H O R T V L V S

Rosa, ῥόδον. Liliū.

Iam nisi me fessum via longior indupediret,
 Scrupens atq; noui tereretur carminis ordo,
 Debueram viburna rose pretiosa metallo
 Pætolī & niueis Arabum circundare gemmis.
 Hæc, quia non Tyrio Germania tingitur ostro,
 Lata nec ardenti se Gallia murice iactat,
 Lutea purpurei reparat crementa quotannis
 Ubertim floris, tantum qui protinus omnes
 Herbarum vicisse comas, virtute & odore
 Dicitur, vt merito florum flos esse feratur.
 Inficit hic oleum proprio de nomine dictum,
 Quod quam sepe fiat mortalibus vtile curis,
 Nec meminisse potest hominum, nec dicere quisquã.
 Huic famosa suos opponunt lilia flores,
 Longius horum & iam spirans odor imbuit auras.
 Sed si quis niuei candentia germina fructus
 Triuerit, aspersi mirabitur illicet omnem
 Nectaris ille fidem celeri perijisse meatu.
 Hoc quia virginitas fama subnixa beata
 Flore nitet, quam si nullus labor exagitarit
 Sordis, & illiciti non fregerit ardor amoris,
 Flagrat odore suo. Porro si gloria pessum
 Integritatis eat, fateor, mutabit odorem.
 Hæc duo nanq; probabiliū genera inelyta florum,
 Ecclesie summas signant per secula palmas,
 Sanguine martyrij carpunt quæ dona rosarum,
 Liliãq; in fidei gestant candore nitentis.

O mater virgo, fœcundo germine mater,
 Virgo fide intacta, sponsi de nomine sponsa,
 Sponsa, columba, domus, regina, fidelis amica
 Bello carpe rosas, leta arripe lilia pace,
 Flos tibi sceptrigero venit generamine Iesse,
 Unicus antiquæ reparator stirpis & autor.
 Lilia qui verbis vitæq; dicavit amœna
 Morte rosas tingens, pacemq; & prælia membris
 Liquit in orbe suis, virtutem amplexus vtramq;
 Præmiâq; ambobus seruans æterna triumphis.

Dicatio Opusculi.

Hæc tibi seruitij munuscula vilia parui
 Strabo tuus, Grimalde pater doctissime, seruus
 Pectore deuoto, nullius ponderis offert.
 Ut cum conseptu viridis confederis horti
 Super opacatas frondenti germine malos,
 Persicus imparibus crines vbi diuidit umbris,
 Dum tibi cana legunt tenera lanugine poma
 Ludentes pueri, schola letabunda tuorum,
 Atq; volis ingentia mala capacibus induunt,
 Grandia conantes includere corpora palmis,
 Quo moneare habeas nostri pater alme laboris,
 Dum relegis quæ dedo volens, interq; legendum
 Ut vitiosa seces deponso, placentia firmes.
 Te deus æterna faciat virtute virentem,
 Immarcescibilis palmam contingere vitæ,
 Hoc pater, hoc natus, hoc spiritus annuat almus.

Finis.

PPOLYBVVS DE SALV-
BRI VICTVS RATIONE PRI-
uatorum, Ioanne Guinterio Andernaco inter-
prete.

Riuatos hanc viuendi rationem sequi oportet. Hyeme plurimum esse, minimum bibere cōuenit. Sed potioni vinū, quammeracissimum, esui panis exhibēdus est. Opsonia erunt assa omnia, modice oleribus vtendum hoc tēpore. Huiusmodi nāqz ratione corpus & siccū & calidum euadet. At Vere ineunte potioni adijciendū, sed paulatim tamen & dilutius bibendum est. Cibo molliori, pauciori qz vtēdum: pani demendū, pulsi adijciendū est. Inter obsonia pari lege ab assis ad elixa transeundū. ac oleribus iam vere modicis vti cōuenit, vsqz dum estatē ingrediamur: quādo cibus ōnibus mollibus, opsoniisqz elixis, oleribus tum crudis, tum coctis, potione multa & dilutissima corpus eget. cauēdū tamen, ne magna subito dictorū fiat mutatio. Eo tēpore aptissima sunt pulticula mollis, potio diluta copiosaqz, opsonia oia elixa. Atqz hęc ita obseruāda sunt, cū estas est, vt corpus molle sit, & frigidū. Nā id calido anni tēpore, & sicco, exuritur squalidūmqz redditur. Itaqz his rationibus, ac istitutis tueri oportet. Pari autē modo ex Vere in & statē, sicut ex Hyeme in Ver constitutere hominē oportet, cibus demendo, adijcien-

doq; potioni. Rursus ex Estate in Hyemē traduce-
 re, dum annus absoluitur, expedit. Per Autūnum cī
 bo pleniore, & sicciore vti licet, ac opsonijs cōsimili-
 bus vtēdū: minus, sed meracius bibere oportet. Quē
 admodū, vbi Hyems bona erit, meraca etiā magis &
 exigua portione, cibo plenissimo & vehementer sicco
 vti confert. Ita enim hoc frigidū admodū & humi-
 do tēpore optima valetudine fruēris, minusq; fri-
 gus senties. Quod ad speciē attinet, carnosus, molli-
 bus admodū, rubicundulis sicciior victus ex vsu est.
 Nam huiusmodi habitus natura humida est. Gracili-
 bus, contractis, rufis, & nigris humidior cōuenit lō-
 giori tēpore. Nam huiusmodi corpora sicca sunt. In-
 uenibus autē mollior & humidior, quorū etas sicca
 est, & corpora magis coaluerunt. Senibus magna ex
 parte tēporis sicciior aptus est. Siquidē humidi, mol-
 les & frigidi sunt. Proinde etatis, & tēporis anni &
 habitus ratione, vitæ modum instituere oportet, quī
 presentibus & calori, & frigori contrarius existat.
 Sic enī potius sani degēt. Per hyemē celeriter am-
 bulandū, estate conuiescendū est, aut nō in sole am-
 bulandū. Carnosus cita ambulatio, gracilibus tardior
 conuenit. Per estatē frequenti balneo, hyeme rario-
 re vtendū est, idq; magis tenuibus, quā plenis. Eo
 quoq; tēpore corpus veste pura, per estū oleosa ve-
 landū est. Obesi, qui graciles fieri cupiunt, labores
 vniuersos ieiuni subibunt, & sudantes adhuc, necdū
 refrigerati cibū assument, vino tēperato, & nō per-

frigido presunto. opsonia parari debet, sesamo vel
 hedyismatis atq; id genus alijs. ac copiose adhibe-
 buntur opsonia. Sic enim vel paucissimis bellarijs
 saturantur. Semel die cibus assumptus, balnei absti-
 nentia, durū cubile, sine vestibus obambulatio quan-
 ta maxime fieri potest, conducit. Qui tennes se im-
 plere volunt, præter alia, quæ plenis contraria fa-
 cient, modice ieiuni exerceri debent. Vomitu vero,
 & vètris collutione, quam clysterè vocant, sic vtè
 dū est. Sex hybernis mensibus vomere vtile est. Nā
 hoc tēpore & pituitæ plus, & capitis morbi oborin-
 tur, & regionem supra septū transuersum infestāt.
 Clysteribus æstate vtendum. Tunc enim æstus bilio-
 sius corpus reddit, gravitates lumbos fatigant, & ge-
 nua calore infestantur, ventris oriuntur tormina,
 ac distorsiones. Oportet itaq; corpus, & quæ sursum
 tendunt, infrā ab his locis subducere. Clysteres autē
 plenioribus & humidioribus magis salsi & tenuiores:
 siccioribus autē, & gracilioribus, & imbecillis, pin-
 guiores, crassioresq; cōpetunt. Sunt autem clysteres
 pingues & crassi qui ex lacte fiunt, & aqua ex ci-
 cere decocta, atq; hoc genus alia: tennes autē & salsi
 brassica, aqua marina, reliquaq; huiusmodi. Vomitus
 pronocandi hoc pacto sunt. Crassiores ieiuni, cursu,
 citaq; ambulatione exercitati medio die vomere de-
 bent. Potui sumant hyssopi sesquiheminam, aquæ cō-
 gio intriti, eūmq; totū bibant, aceto salēq; adiecto,
 quo edulcescat. Primū tardius, mox citius potandū

est. Tenuiores, magisq; ibecilli à cibo vomitū ita moriebunt. Loti calida, meri hemina bibent, dein epulas varias assumēt, verū sine potione: neq; post has bibendū est, nisi tāto intervallo, quāto stadia quatuordecim expedias: post vinis tribus comistis utēdum est, austero, dulci, & acri. Primū meracius & modicē paulatimq;, & lōgo tēpore bibere: postea dilutius, liberalius, & citius conuenit. Qui vomere bis in mense vult, melius consulet, si biduo continuerit, q̄ si post quintūdecimū diē vomuerit. Alij secus faciunt. Quī epulas vomere sunt idonei, vel quibus alius nō facile permeat, his omnibus die sepius, variōsq; cibos esse & opsonia omni modo pręparata, tū vina bina aut terna bibere expedit. Qui cibū nō reuomūt, venter autē sanus est, his cōtraria superioribus cōueniunt. Pueris infantibus calida lauatio longo tēpore apta est, vinum dilutius, neq; omnino frigidū. Hoc autē exhibēdum est, quod ventrē minime attollit, perturbātq; & inflationes parit. Quę omnia facere oportet vt minus cōuulsionibus cōflētentur, sed maiores, coloratiōesq; fiant. Mulieribus sicciōr vitus ex vsu est. Etenim cibus siccus, potio meracior, carne mollibus idonea est. ad hęc secūdis, & fætui nutriendo potior est. Qui corpus exercēt, per Hyemē currere & colluctari debēt. Estate luētādū modicē, currēdū nihil est. In frigore multa ābulatio cōuenit. Qui cursu fatigātur, luētari debēt. Qui ex luēta fatigationē sentiūt, his currēdū est. Quib; exercitatis, vētris profluua oboriūtur, & cibū referētia icōctāq;

h. j.

deiciuntur, ijs exercitiorum non minus quam pars tertia, ciborum dimidia prorsus demenda est. Quippe venter eorum copiam ciborum ingestorum confouere nequit. Sit autem his cibus, panis qui maximè tostus vino intritus: potio autem nimis quam modica, & bene temperata. Semper autem post cibum coquiescent, qui semel die tunc assumendus est. Hac enim ratione veteres sibi commissa maximè confonet, vinciturque. Accidunt huiusmodi profluvia potissimum ijs, qui de se carne sunt preediti. quod cum talis sit eorum natura, carnibus vesci cogantur. Nam venae densiores factae alimenta ingredientia non recipiunt. Atque huiusmodi sanè acuta natura & vertitur in alterutra partem, & paucotempore viget bonus id genus corporum habitus. Qui rariores cute sunt, & hirsuti magis, carnis esum ex facili admittunt, labores magis sustinent, diutius bono corporis statu fruuntur. Qui cibos postero die eructant, & precordia habent suspensa, ijs, veluti crudis adhuc cibus, diutius dormiendum est, nouum genus laboris subendum. Vinum meracius, largiusque bibere oportet, cibus uti paucioribus. Quippe constat ventriculū inbecillitatis frigorisque vitio ciborum copiam concoquendo non esse. Qui siti premuntur, parcius edent, minusque laborabunt: vinum dilatum, simul & frigidissimum bibent. Quos dolores viscerum infestant, vel ex labore, vel alia quadam abulatione, sine cibus recreandi sunt: paucissima potio conuenit, maximeque ea quae moueat urinam, quod veng ex visceribus prodeuntes, replete non distendantur. Nam hic inflatões febrisque oriuntur.

Finis.

ARISTOTELIS PRO

BLEMATA QUAE AD STIR-
pium genus, & oleracea
pertinent.



Utrum aquam salsam apium recipit, por-
rum recusat? An quod alterius radix
imbecilla, alterius valida est. Impatibi-
lius autem, quod validius.

Cur in proverbio est, Mentam belli
tempore, neque edito, neque serito? An quia meta refr-
gerare corpora potest, ut corruptione constat semi-
nis genitalis. id autem ipsum aduersum omnino est ad
fortitudinem, atque animositatem, quavis genere sit idem.

Cur aliqua fructu vacent, cum florem habeant:
ut cucumer, cucurbita, malus punica? An his fru-
ctus non deest: sed ipsa pro fructibus habentur, qui-
bus flos insidet. Fructus enim id est, quod florem gerit.
Cucumeri autem florem inherere perspicuum est.

Cur eorum, quae terra gignit, alia cocta, alia cru-
da, sunt cibo idonea? An quibus succus esculentus non
protinus est, ijs decoctis dulcior redditur a calore.
Quibus autem sapor vel protinus gratus consistit,
haec etiam cruda esitantur.

Cur alia elixa, alia assa melius edi possint? An quae
humidiora non eatenus humectari, sicciora non am-
plius exiccari oportet. elixa autem humidiora, mol-
lioraque omnia redduntur. quae vero minus humida sunt,
b. ij.

ARIST. PROBLEMATATA

hæc igne confecta sicciora prorsus euadunt.

Cur alia esculenta, alia inesculenta experiamur? An cause succus est. Quod enim & ignis expers succum continet immitem, & igne confectum nihilo minus redditur, hoc cibo ineptum penitus est. quod autem succo esculento quidem, sed vehementiusculo constat, hoc pro condimento recipimus. quod enim exiguo corpore vim magnam obtinet, id naturam condire potest ampliorum esculentorum.

Quam ob causam stirpium alie ad semen usque vivere tantummodo possint, deinde cum semen tulerunt, exarescant, ut genus herbae, & quae olera nominamus: alie non, sed saepius fructificare solite sint. Ipsarum etiam viventium ad semen usque ferendum, cum magna pars annua sit, genus apij quod ab equo hipposelinum appellatum est, quasi equapium dixeris, anno postero fructum affert: cumque attulit, exarescit. cur ita? An omnia eatenus viget etate, quatenus semine quoque valeant. nam & homines ad annum trigessimum usque proficiunt, aut copia, aut crassitudine. Vbi autem semen ferre non amplius possunt, modo stirpium obarescunt, atque senescunt. quamquam alia ocynus, alia serius occidunt. idque portione. sed quae ob causam alijs longum vitae spatium, alijs breue datum est, porro alterius interest disputationis declarare. sed cum omnibus finis, ac terminus sit perfectio seminis, quibus vita breui tempore continetur, hæc semel aut certe non saepe. quae autem esse longæna

natura voluit, hæc sepe fructificare necesse est. Quã ob rem quę imbecillima sunt, ferre non plus valent, q̃ semel: tum exarescant necesse est. ac eorum ipsorum alia anno primo simul & semen reddere, & vitã explere naturę ratio sancit: alia postero, vt equapium. Quę vero præualida surgunt, hæc annis plusculis post fructificare incipiunt, diũq; vitam agere possunt, fructificareq; sæpius, vt arbores.

Cur si quis apium radice tenuis circũfodiat, partiq; imę panicum vndiq; ingerat, deinde terram accumulet, itaq; irriget, radices mira magnitudine adulescēt? An quod natura panici fungosa, & calida pabulum attrahit, conceptumq; non sursum transmitti patitur: sed inter radicem contentum calore sibi indito concoquit, vt radicis amplissimum sequi incrementum necesse sit.

Cur si quis cucumeres, aut cucurbitas protinus paruulas condiderit in terram, maiores multo efficiet? An quod spiritus, & sol exiccando incrementũ impediunt, molẽq; tum minorem, tum crispiorẽ reddunt: quẽadmodũ & arbores, quę loca vëto, soliq; exposita tenēt, quęq; in cauis manent, & riguis. altera enim magnę, fungosęq; fiunt: altera parvę, & spissę. Ast vero inter terrã occulta, quoniã cõtrã afficiãtur, cõtrã euadãt, necesse est. Quinetiã quę vasis includimus, vt cucumeres in ferulis cauis, aut tegulis, & mala punica, aut quęuis mala in ollis, ãpla reddũtur, & fungosa. cõtrã, quę detecta sũt, parua, so

h. iij.

ARIST. PROBLEMA T A

lidāq; augetur, nullo abiēte operculo, quod alimoniam
 faciat largiorē. Id enī obiectū facit, ne pabulū aut e-
 uanescat, aut arescat. Cur plantarū acriū semina
 acriora sūt, q̄ radices, & folia? An q̄ semine oīa ori-
 untur, inque ceteras oēs partes ex eo veluti fonte
 quodā, vt quidā aiunt, & sapores, & odores derivari
 necesse est. nā etiā odores oīm vnā cū seminibus es-
 se suaves incipiūt. Quod si acritudo ceteris ex semi-
 ne proficisci solita est, semē ipsum maximē esse tale
 ratio exigit. Cur tenues radice aciores sūt? An
 q̄ ampliores illa spatio tēporis lōgiori plenius con-
 cocta mitescūt. Cur capparidis locis provenire cul-
 tis hard facile potest? multi nanq; tētarūt & radi-
 ce trāsata, & semine sparso, cū apud nōnullos cōmo-
 dior capparidis sit, q̄ rosa: sed tamē efficere nihil po-
 tuerūt. quid ergo causa sit, vt cultis nesciat hospita-
 ri: inculta, & auia persequatur, & maxime sepulchris
 adhereat? Igitur de hoc, ceterisq; generis eiusdē acce-
 pisse illud oportet, q̄ nō oīa eadē ex materia cōsistere
 solēt, aut augeri: sed sūt, q̄ ex aliorū corruptioe, & pri-
 cipio cōsistāt, & post augetur. vt pedūculi, & pili cor-
 rupto alimento, aut qua labe alia corporis prodeunt.
 Ergo vt in corpore nōnulla excremento proueniūt ali-
 mēti, quod certē cruditas est, & vbi nature vires su-
 perare nō queūt, abscedūt quidē in vesicā, & alinū, que
 in prōptu maxime sūt, aliqua vero animal producūt,
 itaq; in senectute, & morbis hęc augetur: sic in terra
 alia concesso alimento & cōsistunt, & augetur, alia

excrementis, aduersaq; cōcretionē oriuntur. *Culturæ* autē officij est, vt cōcoquat, reddatq; efficacē alimētū, quo genus mite, vrbānūq; fructū cōsistit. *Que* igitur mitigatione, informationēq; huiuscemodi creatur, hęc vrbani vocabulo significamus, eo q̄ solertia hominis educata quasi eruditāq; meliora euadāt. *Que* autem cura adhibita mitescere nequeunt, aut etiā aduerso habitu loci sui generis prodeunt, hęc syluestria sunt, & rustica, cultisq; vivere nolūt. cultus enim dū ea melioribus instituire moribus cōtēdit, deprauat, atq; peruertit, quippe cū à sua natura desciscere nequeant quæ orta sunt ex corruptione, quo in genere capparīs quoq; profecto est.

Cur si quis radicularum folia tempore hiberno, cum maxime vigent, absiderit, & terram pedibus complanarit, conculcaritq; vt imbrem nullum admittere possit, radiculæ ipse per æstatem amplitudine mira crescant? An propterea quia ne corrumpantur, causa conculcandi soliditas est, quæ humorē putrefacere prohibet. alimētū vero, quod aliter ad germen sursum transmitteretur, radix sibi ipsa totū dispensat, itaq; vel amplior fiat, necesse est: vel suo de latere radices alias mittat geminans modo ceparum, has enim multiplices effici nonimus, si quis annuas nō euellat, sed tēpori hiberno relinquat. At cū vim istam procreandi, vt lateri ceparū natura dedit, sic radicularū negarit, necesse profecto est, ipsas illas crassescere nimiam ob copiam alimēti.

h iij.

ἐὰν κείνη
radicularū

Cur si quis cucurbitas, aut cucumeres apud puteū sitos in ipsū dimiserit puteū tēpestiuos, benēq; operuerit, virides per annū totū seruabit? An q̄ vapor aquæ refrigerās efficit, ne assiccētur, seruātq; virides, & vegetiores. & obturatio illa, & spiritus, satis alere possunt, quæ iā in plenū creuerūt. permanēdi vero facultas propterea datur, q̄ relictis radicibus suppetit alimentū. nā si quis cū fructificarūt, detrahit sarmētis, p̄cisāq; plāta terrā aggerarit, cōculcaritq; circū radices, cucumeres faciet præcoquos, utpote, cū radix valeat cōseruari. Haud enī cucumer annuā sortitur naturā: sed viuere vltērius pōt. Ferēt aut̄ isti fructū maturius, q̄ qui semine prodierūt. quoniā radix bona pars scilicet operis præcōdita iā naturę habetur. quod illis seminatis pri^o cōfici necesse est. Terre autē aggregatio, & cōstipatio teporē inducit, quo radix, & seruari, & germē mittere celerius queat. Vnde etiā fit, ut si quis per hiemē cucumeris semē in quallis sitū aqua irriget tepida, & modo soli exponat, modo collocet apud ignē, præcoquos admodum cucumeres faciat, si tempore congruo ad ipsum cum quallis in terram demittet.

ἢ ἢ παλαίριος
μοις, ἢ qual-
ις seu cala-
thulis.

Cur non meridie, sed mane, noctū ve irrigare cōsueuerunt? Vtrum ne solis feruor humorē absumat. An quōd, si aqua calida sit, necabit quæ irrigantur.

Cur omne odoratū genus tā seminū, q̄ stirpiū mouere vrinā potest? An quia calidū est, cōcoctūq; facile. Cuius sanē generis sunt, quæ vrinā ciere valent.

Calor nanq; interior cito extenuat, nec aliqua corpulentia odor continetur. Nã & ea quæ minime odorata sunt, vt allia, caloris sui ratione vim mouēdi vrinā habent, vel potius colliquādi. seminū autē genus omne odoratū, calidū esse proculdubio nouimus. Odoris enim natura calore aliquo omnino creatur. At vero, quæ male olent, haudquaquā apta concoctioni sunt. Esse autē non calida solū, sed etiam cōcoctū facilia debent, quæ sint prouocatura vrinam, vt scilicet vnā descendendo humores extenuent.

Cur ocyus olus excaulescat, quod semine vetustiori, vt trimo, aut bimo prodierit, q̄ quod nouo? An q̄ sicut in animantiū genere semen id celerius affert quod viget: ita etiam seminū, quæ vetusta admodū sunt, vim suā omnē exhalarunt. quæ recentissima, imbecilliora propterea sunt, q̄ excrementum adhuc procreationi minime conueniens continent: quæ mediā tempore, hæc humore inutili omni exaëto, validissima esse probantur. celerius igitur semē profundunt. Id autem ipsum non nisi excaulescere est, quippe cum semen ex cause proueniat.

Quā ob causam ruta insita in ficū, pulcherrima, plurimāq; proueniat? inseritur vero inter corticē, limōq; obduëto fouetur. An q̄ ruta radix fomentū, teporēq; desiderat. itaq; cinere quoq; circūdata inuatur. ficus autē calida est. quod eius succus omniū acerrimus docet, & fumus, quē multū emittit. habet igitur calorē, atq; humorē talē, qualē etiā cinis.

ARIST. PROBLEMAT A

Quā ob rē si ille iuuare possit, ficus porrò copiā, ac vigore eo magis præstabit, quo humor cineris quidē nō perpetuè affluit. fici vero irrequieto cōfluuio manat, utpote cum arboris succus cōsumi ex toto non possit. Cur stirpiū nōnullæ caulem semper edant inanē? An illis, quarum natura imbecillior est, has rarū, inanēmq; emittere caule necesse est.

Cur in terra Attica fructus ceteri dulcissimi fiunt, thymū vero acerrimū est, cū id etiā ipsum fructus quidā existat? An q̄ ager ille tenuis, siccūsq; est. quā ob rem nō multū humoris cōtinent, quæ in eo nascuntur. Ergo quæ dulcia sua cōstant natura, hæc ob humoris contenti mediocritatē, ubi sol partē consumpsit maximā, facile reliqua cōcoquuntur. Etenim multū concoqui negotiū magnū est: mediocre expeditius confici potest. Vnde fit, ut fructus, qui lege suæ naturæ dulces creātur, dulciores euadāt: qui sicci è natura, minimēq; dulces proveniūt, suā ob inopiam tantū humoris retinēt, quantum suo cōueniat generi, quod dulce nequaquā est. Sol autē quantum dulcissimū sit, & lenissimū, eximit. Itaq; acerrimi relinquuntur, qui humore superuacuo carent, quem fructus ceteri obtinent.

Cur pulegium, & liriū, & cepe, suspensa florēt solstitij tempore? An inest crudum in his alimentū, quod ut hieme concoqui ex frigore nequit: sic solstitio ex calore cōcoquens auget. Vtrū, quia influxu carent assiduo, breui marcescunt. Etenim quæ nullū

alendi initiū, nullum influxum assiduū habent, intereunt, exiccanturq̃. Qua de causa accidit apud Scythas, vt frumentū diu in terra maneat, propter copiam niuis, & vbi emerferit, celeriter crescat.

Cur cepe vnum tam acriter mordere oculos potest? Vnde nomē quoq̃ à Grecis crommyon impositū putāt, perinde quasi pupillā cōprimi cogeret. origanus vero nihil huiuscemodi facit, nec aliud quippiā ex ceteris, quanquam acre. Neq̃ enim nasturcium, quod mordacius est, oblatū oculis efficit æque vt lachrymæ profluant. at cepe & cū oculis admouetur, & cum comeditur, lachrymas mouet. An q̃ acrium genus discrimine enariat numerofo, quo sua cuique vis consistit, ratāq̃ habetur. Nasturcium ergo, quia calidius est, resiccare quod colliquauerit, amplius potest. Nam extrudere lachrymā cum editur, potest. admotum tamen ad oculos, nihil propterea mouet, quia nullū mittit vaporē. est enim id & siccius, & calidius. Origanis ceterāq̃ id genus calida sunt leniter, & sicca. quod lachrymas autē moueat, mordax id esse debet, & humidū & lentū. Quas ob res oleum quoq̃ lachrymā excutit, quamuis leniter mordeat. subies enim, irreptāsq̃ suā ob lentitiā, atq̃ tenuitātē dolorē mouet, ac proinde humorem tabificat. at cepe vim eiusmodi sanè habet, vt quod & humore, & vapore sit calido, tenui, & lento. Itaq̃ oculis admotū, eo quod vapor eiusmodi est, humorq̃ tenuis com meat, lachrymas mouet. cūmq̃ editur, iti-

dem transmissa respiratione facere potest. Allium calidū quidē est, & acre, & humoris aliquid cōtinēs: sed lentū nō est, itaq; lachrymā mouere non potest.

Quā ob causam myrta collisa in manu dulciora sentimus, q̄ integra? An quēadmodū racemorū acini vindemiati dulciores sunt, q̄ non vindemiati. Et enim musto, quod natura suauē est, excerpti acini quasi condiuntur. quippe qui vel extrinsecus mustū resudent. at qui in racemo coherent, vtiq; inconditiores constat. ergo myrta quoq; natura dulcia, intusq; suam dulcedinē acinorū in modū vnae continentia, vbi manu compressa, conflictatāq; sunt, diffusa intestina dulcedine, parte quoq; exteriorē inoppletur. itaq; dulciora nō immerito sentiuntur.

Cur myrta enucleatiora sunt, quæ minora, & palmulae nucleo penē vacant, quæ minute adoleuerūt, & vuarum acini, qui passim cōstituerunt exigui, vinea vel nulla continent, vel pauciora minorāq;? An quia minus perfecta sunt, quæ minora. idcirco semen continent indiscretū, cui perinde vt fini, nucleus deputatus est. quam ob rem & minora sunt, vt pote surculi quidem agnati exteriores, partūq; imperfecti: & minus dulcia, quā quæ iustum continent nucleum. Sunt enim minus concocta. Concoctio autem non nisi perfectio est.

Quā ob causam fructuum alij partē radicis proximam habent amariorē, vt cucumeres: alij postremam superiorē, vt glandes? An q; alijs pars ista ra-

dici proxima crudo vescitur alimento, quoniã escæ confluuium per radicem frequentat: alijs quia sicci è natura sunt, postrema pars succo dulci cõcoctõqz inde absumpto, iã plenius siccatur, amarescitqz modo salis. Redditur enim vnumquodqz amarum, cum amplius exiccatur, vt oliuæ, vt glandes inueteratæ efficiuntur amara.

Cur aliqua germinare non terra cõtenta, sed abscisa, aut euulsa, vel recondita possint, vt caules li-
liorum, vt allia, vt cepæ? An q omnes alimentũ in-
tra se cõtinet, nec certo, definitõqz loco omnes oriũ-
tur. Crescere autẽ vnumquodqz potest nõ eo, q in se
continet alimentũ, sed q decoctũ iam & digestũ il-
lud pabulũ est. cõtinent igitur vel antehac alimen-
tum: sed augeri tum dñtaxat incipiũt, cum tempus
ad id adest, cuius opera res illa effici potest. velut
etiam oua crocodillorũ tempus tute operiri sibi com-
modum nouimus. incrementũ tamen cõtinuari nõ li-
cet, quoniã aliud non suppetat alimentum.

Cur allia & cepæ quo sicciora serantur, eo melio-
ra possint euadere. cætera autẽ deteriora? An quòd
omnia istiusmodi maxime plena humoris cõficiun-
tur. itaque terræ commissa sicciora temperamento
commodo germinare incipient. Adde quòd minus pu-
trent, cum sicciora seruntur.

Cur allia & cepæ solæ ex plantis reconditæ ger-
minare possint? An quòd humore alimentõqz sunt re-
fertæ. Copia igitur alimenti est quæ germen efficere

ARISTO. PROBLEMA TA

queat. Idq̄ constat argumento tum squillarum, tum etiam bulborum, qui idem facere possunt. Crescere autem quodq̄ solet cum tempus venerit.

Quā ob causam quæ aqua frigida irrigamus, dulciora, q̄ quæ tepida, euadant? An q̄ sic interclusum calidū salsius est, vt calidius, quod salsius. dulce autē ita cōtrarium, vt frigidum est. & alimento oleribus humor est, vnde saporum genera oriuntur.

Cur allia, cū excaulescūt, plenius, q̄ recēs edita olent? An q̄ recētia humoris multū adhuc extranei continent. quo fit, vt vim suā integram habere nequeāt. Cū autē decocta iam sunt, secreto humore illo inutili, tñ suū odorē sincerē adipiscūtur, qui scilicet acer est. Quinetiam ceteri nuper editi fructus dilutiores sunt: & cepas recentiores ob eam causam minus acres sentimus.

Cur fructus myrtorū nō conditarū magis, q̄ folia defluāt: cōditarū autē, reseruatorūq̄ alga, vt fit, folia defluāt, fructus adhereant? An ita euenit nō cōditis, quoniā natura sancitum est, vt fructus peracta decoctione flaccescāt, ac decidāt. quæ quidē decoctio repositis agi non potest: sed ea tenus tantū efficitur, vt algæ vapor prohibeat, ne humor fructus immutetur. folia cōtrā, cū siccēt, decidūt. Algæ autē, vt salsa exiccādi vim habēt. Ergo nō idē folijs accidit arbori adherētibus, & cōditis, modo quo dictū est.

Quam ob causam cucumeres cognomēto pepones, optimi palustribus planis, id est, humidis fieri soleāt

vt apud Orchomenū, & in Ægypto? Aquarū etenim vberē terrā esse Ægyptū putamus. Cur ergo cucumeres, qui humidi sunt, & ob id hortenses, ac rigui minime laudati locis palustribus, quæ madida sunt, egregie fiant? Vtrū quod ob terræ duritiā altius coguntur descendere. Solū nanq; limosum, ac planum maxime indurescit. Qui autē altius innituntur, meliores enadūt. An q; terrā siccam esse oportet, quoniā cucumeres natura humidi sunt. ita enim sequitur, vt per retractū in mediū veniāt. Palustris vero si plana, altāq; sit, alimentū nec exiguū præbet propter soli altitudinem, locūque ipsum, neq; nimum, quoniam solum resiccare necesse est.

Quā ob causam ruta & nonnulla pigmenta odora sudorū faciant fæditatem? An quorum in odore grauitas est, atque acritudo, ea cum excrementijs mista humoribus deprauare odores possunt.

ἔνι τῶν
μύρων οὐδὲ
nulla pīc
gmēta siue
vnguenta.

Qua de causa rutā, fascinationis remedium esse aiunt? An propterea, quia tū effascinari se credunt, cū aut voraciter edūt, aut incōmoditatū aliquarū tenentur suspicione, aut cibū habent suspectū, quē capiūt. itaq; cū de mensa eadem quid private sibi assumūt, participē intuentē quēpiā faciunt, affanturq; cū impertiāt, ne me fascines. ergo cibū cū perturbatione sumēt, nec quid bibēt, aut edēt sine turbatiōe, & flatu, qui vnā hauriatur, & ingeratur. Quā ob rē flatu ipso, vel cū extrudēdus effertur, cibus quoq; vnā elat⁹ eijcitur: vel cū iterclusus per humorē tenetur,

βροχὰν νίον
fascinatio
nis.

ARIST. PROBL. ET OLER.

tormina mouentur, & cruciatus. Igitur ruta præestata, vi sua & potestate calfactoria, vas quod recipit cibos, elaxat: & reliquum corpus itidem afficit. ex quo fit, vt flatus ille interclusus transmitti, atque secedere possit.

Quenam causa sit, vt origanus musto iniecta vinum dulce efficiat? duas in amphorâ inieciisse heminas satis est. An quòd tollit quantum in musto est, aquabundum & feculentum sua siccitate in se ipsa recipiens, quibus scilicet saporem confici austerum censemus. argumento, quòd vina si quid aquæ habeant sibi illatum, minus mollia redduntur, atque & si diutius stare in face sinantur, itidem fiet. & cum vinum dulce molimur, vuas multum temporis soli exponimus, vt sol quantum sit dilutum, auferat, & reliquû decoquat. hoc autem idem facere vel origanus potest, quippe quæ sit & sicca, & calida.

Cur nigre myrti fronde sunt frequētiore, quàm albæ? An quòd nigre generis sunt syluestrioris. cuius indicium, quòd locis rusticis istæ proueniunt, minimeque ex cultu mutantur. humida autem omnia fronde crebriore conduntur. Quòd enim minus suos fructus decoquere possunt, idcirco ad frondem alimentum se vertit.

PARISIIS EX OFFICINA
Simonis Colinaei. Anno M. D. XXXIII.

INSTITUTIONEN

Die Institutionen sind die Grundlagen der menschlichen Gesellschaft. Sie sind die Regeln, die das Verhalten der Menschen in der Gemeinschaft bestimmen. Ohne Institutionen wäre die Gesellschaft nicht denkbar.

Die Institutionen sind in der Regel durch Gesetze und Verträge festgelegt. Sie sind die Grundlage für die Ordnung und den Frieden in der Gesellschaft. Die Institutionen sind die Regeln, die das Verhalten der Menschen in der Gemeinschaft bestimmen. Ohne Institutionen wäre die Gesellschaft nicht denkbar.

Die Institutionen sind die Grundlage für die Ordnung und den Frieden in der Gesellschaft. Sie sind die Regeln, die das Verhalten der Menschen in der Gemeinschaft bestimmen. Ohne Institutionen wäre die Gesellschaft nicht denkbar.

INSTITUTIONEN

Die Institutionen sind die Grundlagen der menschlichen Gesellschaft.



